v Excludendi. aliàs excusandi, & alias excusati. & idem in eo qui gratia vitandorũ munerum, quo ad munera: vt arg. ff. quis mili. non pos. l. ij. nõ tamen excetur honore, cum non sit infamis: vt ff. de infa. l. ij. § est & quartum. Item quòd infamis cogitur ad munera. verum est, nisi in locis vbi morari non licet: vt ff. de excu. tuto. l. sed & milites. §. sed ignominia. & infra de re. milit. l. iij. an autem debeat inseri causa ignominiæ in missione: dic vt not. ff. de infa. l. secunda. §. ignominiæ.

Cõcor. ad hoc. e. cuã idño. eã gl. sup verbo. ne ascendat. extra de cta. & qua lita. ordi. vbi dicit q̃ infamis ẽc cogitur ad curam monasterij.

x Cvm. ob Senium. senex est, qui lx. annos habet, vel lxx. quo ad munera: vt supra qui ætate. lege fineli. & sic propter corporis debilitatem: & ideo est causaria missio: vt ff. de infa. l. ij. §. ignominiæ. licet hæc honesta sit, id est non inhonesta: vt subijcit.

a Itaque propter senium non perpetuam militiam; ut ff. l. proxi. in prin.

b Numerum xx. ann. ut ī. l. pxi. & sunt huius priuilegia. C. de priuileg. per totum. & infra de priuileg. vetera. per totum. & infra l. proxim.

c Permittit. s. perpetuo: sed tpalē habet: vel vnius anni, vel biennij, vel triennij, vel quadriennij, p ut militauerit, ut ff. de re milit. l. iij. §. q militiae. & ī. de excu. tut. l. sed, & milites. §. j. & ij.

d Veteranis. nō eorū filij, ut ff. de vac. mu. l. in honoribus. §. vacationum.

e Personaliū. non patrimonialiū, ut ff. de vac. mune. l. in honoribus. §. accusationū.

f Cōcedit. et si non appelles. qd est spāle, ut s. qn puo non est necesse. l. veteranis. alias secus, ut ī. de appel. l. cines.

g Vigesimū. ut ī. de re milit. l. vigesimi.

h Causariā. nō sufficit causaria, nisi tēpus sit cōpletū militiae, ut hic & ī. l. pxi.

i In cohorte. & sic non in legione, vel vexillatione.

k Superuacuo. qa nō habebis, l. ppetuo, licet ad tēpus, ut s. l. pxi. itē fallit in cohorte vrbana, ut ff. de exc. tut. l. sed & milites. §. plane si quis, pterea huic l. est arg. ī. ff. de infami. l. ij. §. exercitū aūt ē: qa ibi odiū ampliat: hic fauor restringit. in quo est arg. ī ff. de lib. & posthu. l. cū qdā. posset plane legi, ut excuset q fuit in cohorte. & est sic ī. de thesaur. l. vna. sed p prima est ī. qn p. nō est neces. l. veteranis. & d. l. sed & milites. §. plane.

dimissus: honestā missionē cōsecutū te esse ambigi nō pōt. habebis itaq; a ciuilib. munerib. necnō et honorib. † vacationē: nō tñ ea priuilegia q̄ his cōpetūt, q pleno stipēdiorū numero fungunt, vsurpare te ius pmittit, qn nō pfecto statuto militiae tpe, nec oibus stipēdijs decursis, sacramēto solutum te esse et ipse cōfitearis. †

III. Ijdem AA. & CC.

Veteranis d ita demū onerū & munerū psonaliū e vacatio iure pcedit, f si post vicesimū g annū militiae quā in legione vel vexillatiōe militauerint, honestā vel causariā h missionē cōsecuti esse ostendant. Vñ cū te in cohorte i militasse cōmemores: intelligis superuacuo k vacationem tibi velle flagitare.

TITVLVS LV.

QVIBVS † MVNERIbus l excusent hi qui post impletam militiam vel aduocationē p puincias suis commodis vacātes commorant, † & de priuilegijs eorū & de cōductoribus vectigalium fisci.

Principales cōductores, nō cōductores cōductorū vectigaliū, habent immunitatē. Bar.

I. Impp. Dioclet. & Maximia. AA. & CC.

l QVIBVS MVneribus.

De hoc nil est in nigro, sed in cōstitutione Graeca. sic ī. de reli. & ad Trab. & de incer perso.

m Non alios a mu. Mancipatū. id est conductum vectigal, vnde manceps. i. conductor, ut ī. de vectiga. l. si quis.

n Nomine. quare hoc dicat statim sup; eius. Item intellige hanc l. si sunt legitimi conductores, nō palatini, nō curiales, nō milites, nō clerici. ut ī. qb. ad cōdu. prę. fi. l. j & in auth. de san. epis. §. aliud.

o Cōducūt. & durat cōductio: ut ff. de vac. mun. l. in honoribus. §. nō aliàs. item hoc priuilegium est fisci: q habet eius bona obligata, ut hic, & ff. de iu. immu. l. semp. §. cōductores. aliud in colono prędij fisci, ut ff. ad mu. l. ii. §. j. & ī. de excu. tu. l. coloni. sed in colono pred ij Caesaris idem quod in illo, ut ff. de iure immu. l. semp. §. colonis. & qui pe. tu. l. fina.

p His. s. cōductorib.

q Haud. pro non. sic ī. de vete. nu. po. l. j. in fi. & facit ī. ne tut. vel cu. l. j.

Non alios a muneribus & honoribus † vacationē habere, quā q mācipatū n suo noie o vectigal a fisco cōducūt, certū ē: quare eos q ab his p qdam exercēda accipiūt, nullis priuilegijs esse munitos haud q dubij iuris est.

TITVLVS LVI.

DE LIBERTINIS. r

Libertini non habent excusationem a muneribus. Bart.

I. Imp. Diocletia. & Maximian. AA. & CC.

Conditio libertinitatis de muneribus ciuilibus s tribuere nō pōt t excusatione, nec in ea qdē ciuitate vbi domiciliū u libertinus habet.

TITVLVS LVII.

DE INFAMIBVS. x

Infames remouent a dignitatibus: non a munerib. realibus, vel personalibus. Bart.

I. Impp. Diocletian. & Maximian. AA. †

Infames † p tonae licet nullis honorib. q integrę dignitatis hominib. dferri solēt, vti possint: y curialium tñ vel ciuilium munerū

r DE LIBERTINIS.

Hic tractat de obsequio ciuitati debito. ī. de li. & totū li. di de debito pfond. & sic nō supfluit hic p illum tex. Accur.

s Conditio. Ciuilib. de honoribus dic, ut ī. si li. aut seruus ad decur. l. j.

t Nō pōt. nisi in casu: quod dic ut ī. de excu. tu. l. nec senatorū. itē nō ob. ī. ne qs lib. inui. act. rep. l. j. qa ibi de actu seruitutum conuenienti.

u Domiciliū. nedū in ea, nisi p patronū, & sic vtrobiq;, ut ff. ad mun. l. de iure. §. libertos.

x DE INFAMIBVS.

Differt a tit. de infa. ī. qa ibi de causis infamiae; hic de iure infamium, sic nō superfluit.

y Infames. Vt non possint. nec nouiter delati. Imo pdūt vatere, ut hic, & ff. de dign. l. iudices. & l. neque. & supra de decur. l. infamia. & de re milita. l. tertia. ad hoc. ff de postul. l. prima. §. remouet & de iudic. l. cum prętor. § non autem & de offic. asses. l. secunda. & de testibus. l. tertia. §. lege Iulia. sed arbiter potest esse, ut ff.

Codex. de j.

† Oneribus.

† Nō est debēt sol ui militet, nisi cōpletis stipēdijs. sic dī in c. j. in fin. extra de renūcia.

† Oneribus.

† Malim legere, a qbus muneribus.

† Hactenus q̄ pcesserunt verba priniebāt ad Graecā cōstitutionē q deperdita est. Cōtius.

Graeca cōstitutio.

† Aliàs. Imp. Antonin. A.

† Cōcor. c. inter dilectos. extra de excess. pla. & in c. p inquisitionē. in gl. sup verb. indignū. post princip. extra de elect.

vt ff. de arb. l. Pedius. & procurator & tutor & curator. vt Instit. de except. §. fin. & ff. de postulan. l. j. §. sed est æquissimum.

a Non habet. ad hoc ʒ. de decu. l. nec infames. & de his q̃ nõ imple. stipẽ. l. j. ibi, q ppe criminosum &c. vt ʒ. de dec. l. ne qs. nec pœna tribuit immunitatẽ: vt l. relegatorũ. §. fi. ff. de inter. & releg. & male meritis &c. vt ff. depo. l. bona fides.

Quid ergo. §. pœna grauior.

h AD tempus recipit. si crimen non importet infamiam; aliàs secus. ff. ad mu. l. ordine. & dic vt ibi not. & de decur. l. ij. §. non idem erit. Accurs.

i Per fugam. s. latam, quæ est species exilij. vt ff. de inter. & rele. l. exiliũ.

vacationem nõ habẽt, a sed solẽnib. indictionibus ob tutelã publicam eos satisfacere necesse est.

TITVLVS LVIII.

DE REIS POSTVLATIS.

Pendente processu criminali non potest quis ad honores vocari. Bar.

I. Imp. Alexander A.

REos criminis b postulatos, c nouos d honores appetere nõ debere antequã purgauerint innocẽtiam suã, & a diuis parẽtib. nostris, & a me sæpe rescriptum est.

TITVLVS LIX.

DE HIS QVI IN exiliũ dati, e vel ab ordine moti f sũt.

I. Imp. M. Antoninus A. Diogeni.

QVibus posthac ordini suo, vel ad uocationi ad tpˢ interdicẽ, post impletũ tẽporis spaciũ g non prorogabitur infamia.

II. Imp. Gordianus A.

AD tẽpus exulare decurio iussus, & impleto tpe regressus, pristinã quidẽ recipit h dignitatẽ; ad nouos vero honores nõ admittiẽ, nisi tãto tpe his abstinuerit, quanto per fugã i abfuit.

TITVLVS LX.

DE FILIISFAMILIAS, k & quemadmodũ pro his pater teneatur.

Qui cõsentit decurionatui filij emãcipati, nõ obligaẽ. secus si ille filius erat in ptãte & ille videẽ consentire, qui non dissentit. Bar.

I. Impp. Seuerus & Antoninus AA.

PAtrẽ emãcipato filio ɔsentientẽ ad decurionatũ, nõ teneri, l dubij iuris nõ est. tũc. n. consentiẽdo pr ad decurionatũ, obligaẽ, m si filiũ i ptãte habeat. Cõsentire n aũt ẽt is videẽ, q nõ testificaẽ o dissentire p nominationi.

Appellare a nominatione facta de filio, est cõsentire. Bar.

II. Imp. Antoninus A.

CVm appellasse te dicas, p ostẽdis q causam ad te ptinere. potueras. n. nominato filio tantũm contestari, & nõ cõsentire oneri ei delato.

Filius in potestate cum patre ad idẽ munus nõ debet vocari: secus si sit emãcipatus. Bar.

III. Impp. Dioclet. & Maximianus AA. & CC.

b Reos criminis. secus si pecuniæ sis debitor: nisi in duob. casib. vt ff. de mu. & ho. l. rescripto. §. debitores. & ʒ. de debit. ci. l. j. & nisi sit status qõ: vt ff. de re mi. l. q stat⁹. idẽ si qõ sit oĩum vel magnæ partis bonorũ: vt arg. Insti. de execu. tu. §. itẽ pp litem.

c Postulatos. i. accusatos.

d Nouos. veterẽ retinet: vt ff. ad muni. l. libertus §. in qbib. sed nec testis põt fieri: vt ff. de testi. l. i testib. nec procurator: vt ʒ. de pcura. l. red. nec nomẽ militiæ dare: vt ff. de re mili. l. fi. itẽ nõ postulatur: secus si nõ postulat⁹. vel postu. sed destitit accusator: vt ff. de mu. & hon. l. rescripiũ § si qs. Itẽ hæc phibitio intra annũ locũ habet, nõ post, nisi steterit p accusatorẽ qno minus pcedaẽ: vt ff. de mun. & ho. l. reus. Itẽ an ad munera? Rñ. sic: vt in simili quæstio. no. ʒ. tit. j.

e DE HIS QVI in exiliũ dati &c.

p In scripto meo exẽplari ita scriptũ reperi. Pars edicti imperatoris Antonini. Proposita Romæ V. Id⁹ Iulias. Duobus Aspris Cõsulibus. Conuus.

k DE FILIIS familias.

Quia in exiliũ dati, vel ab ordine moti tenenẽ reddere rõnẽ: ideo qualiter filius honorib. obligetur, & pr p eo teneatur, dicit.

l PAtrem. Nõ teneri. Nisi fideiubeat p eo expsse fim. vel nisi emancipauerit eũ i fraudẽ: vt ff. ad mun. l. fi. §. antepenul.

m Obligaẽ. in solidũ: vt ff. de admi. re. ad ci. perti. l. si filius. filius tñ primo excutiẽ: vt ff. ad mu. l. libertus. §. j. & ĩ. de dec. l. j. Item adoptãdo ɔsentire vr: vt ff. ad mun. l. Lucius. §. idem rñdit. cũ aliàs non ɔsentiens nõ tenet nisi de pec. vt ʒ. l. fin. Est & aliud necessariũ, q filius sit habilis ad mun⁹ ad quod vocaẽ: vt ĩ. de ho. nõ cõ. l. j. §. p infante. Item hic teneẽ reipu. non aũt illis quib. nocuit in officio constitutus: vt ff. ad mu. l. j. & ij. dicet quidam contra. at. ĩ. quod cum eo. l. j. Accur.

q Facit ad hunc text. c. j. cum glo. sup verb. plus est. extra de baptismo & ei⁹ effectu.

n Consentire. No. de tacito ɔsensu: vt ff. ad mu. l. j. arg. contra ff. de procurator. l. filiusfamilias. §. in usus. cum concor. Item argum. contra. ff. de tutel. l. si filius. sed manere potuit etiam nominationi contradicent.

Quia rei postulati sic puniuntur ideo de hoc dicit. vel quia & hi sicut superiores arcenẽ honore: ideo de his dicit. vel quia infames fiunt sicut damnati: ideo post infames de his dicit. Et no. quod triplex est exilium: vt ff. de inter & rele l. exilium. & p ut accipiẽ p relegatione, dic quòd præses põt relegare si habeat in sulã, alias nõ, sed deportare: vt eo. tit. l. relegatorũ. in prin. & l. imperator. in prin & l. inter pœnas.

Exilium triplex.

f Moti. per sententiam.

g QVibus. Spaciũ. nec distinguiẽ quo crimine &c. vt ff. de post. l. Imperator. & ʒ. de infa. l. & si seuerior. & dic contraria vt in qualibet earum no.; & no. ff. de infa.

o Testificatur. coram ordinatio, vel habili: vt ff. de dec. l. honores. §. fin.

p CVm appellasse te dicas. s. nomine tuo proprio, non filij. Accursius.

q Ostendis. nã grauati appellant, infirmi volũt curari: nec est opus medicus sano &c. sic ff. rem ra. ha. l. iij. §. falsus. Sed ʒ. ff. de decu. l. ipuetij §. pater. Solu. hic nomine sui grauaminis appellauit: & ideo sibi pjudicat: ibi p filij grauamine. Vel solu. vt ibi. Item contra. ff. de ap. l. si expressim. sed ibi ipso iure nõ tenuit. Item argu. contra ʒ. de postu. l. j. Accur.

SI hi qui cum patre ad protostasiæ [a] munus vocati sunt, etiam tunc in patria potestate cõstituti sunt, ab huiusmodi necessitatibus liberent: cũ ex eadem familia hoc modo [r] duos ad ista obsequia destinari periniquum videatur. Sanè eos quos emancipatos esse, atque ex familia exisse manifestum est, sine cunctatiõe retinere debebis.

Pater non tenet̃ pro filio curatore creato: sed qui eũ nominauerit, tenetur. Barto.

IIII. Iidem AA. & CC.

SIne piculo tuo [b] magistratus filium tuum curatorẽ cõstituit, nec appellandi tibi necessitas incũbebat. [c] Sane nominator qui filiũ in potestate positum non consentiente patre ad munus deuocauit, [d] si tñ ex volũtate tua anteà filius decurio [e] factus non erat, detrimẽto muneris obligabitur.

TITVLVS LXI.

DE PERICVLO successorum parentis.

Onus dignitatis quæsitæ per patrem transit ad hæredes. Bartolus.

I. Imper. Alexander A.

SI de pprio [f] suo primonio muneris editionẽ [r] tuo noie pr̃ tuus repromisit, ideoq; ẽt sacerdotẽ [g] te creari impetrauit: onus erogationis [h] cõmune oium hæredum eius esse pses puinciæ non ignorabit.

TITVLVS LXII.

DE MVLIERIBVS in quo loco munera sexui congruentia vel honores agnoscant.

Mulier in loco domicilij mariti subit munera psonalia: patrimonialia verò in loco, in quo est patrimoniũ. Bar.

I. Imp. Philippus A.

EAm quæ aliunde oriũda, alibi nupta est, [i] si non in vrbe Roma [k] maritus ei9 consistat, non apud originem suã, sed apud incolatum mariti ad honores [l] seu munera quæ personis cohærẽt, quorumq; is sexus capax esse põt, cõpelli posse, sępe rescriptum est. Patrimonij verò munera necesse ẽ mulieres in his locis in qbus possident, [m] sustinere.

[a] SI hi. Ad protostasiæ. quod est patrimonij: & quale sit, dic vt s. de mun. patrimo. l. nec protostasiæ. & facit ff. de mu. & ho. l. iij. §. si filius. & §. quod pater. & §. si duo. & l. honor. §. plebeij. Accursius.

[b] SIne piculo tuo. id est sine piculo facultatũ tuarũ & honoris.

[c] Incumbebat. nec filio, si dicas curatorem adulto vel furioso vel simili datum. vel dico operit publici: & tunc filio inniet onus appellãdi: vt ff. quando app. sit. l. j. §. si quis. & §. alia. & adiunge hic, si tñ &c. Item dicas nõ teneri in solidũ filiũ, sed de peculio. sic. s. quod cum eo. l. j.

[d] Deuocauit. accipe, detrimento. &c. Accursius.

[e] Decurio. nam tũc tenet' insolidum: vt s. quod cum eo. l. j. facit s. eo. l. j. & de de cu. l. filios.

DE PERICVLO successorũ parẽtũ.

[f] SI de pprio. Editionẽ. vt qñ promisit pecuniã pro honore filij habendo: vt ff. de mu. & hono. l. æstimatiõnẽ. §. j. & sm hoc dic editionem. i. precium qd editur aut datur pro honore. vel promisit subiturum onus honori admixtum, ad quod ff. ad mu. l. honor. in princip.

[g] Sacerdotem. dignitas cum sumptu: vt ff. ad mu. l. cum spõte. in princ.

[h] Erogationis. s. pecuniæ. & dic si patre viuente habuit munus filius, & ita habet locum quod hic dicit. & s. de decur. l. j. & l. in successione. & ff. fa. erciscun. l. si filia. §. idem scribit. s. q ipse pater teneat', & eius heredes, siue promisit, siue etiam tantum sciebat, & non contradixit. si autem cœpit gerere post mortem patris, non tenentur heredes patris regulariter, etiam si pro alio filio dum vixit, pater subiit onus simile, & etiam si filius iste viuo patre fuit decurio: sed munus pro quo quæritur, subiit post: vt ff. de mu. & hono. l. & si filium. & d. § idem scribit. & l. ex parte. §. filius. ibi. Fallit autem in duobus casibus. primo, si pater in vltima voluntate voluit contra: vt ff. de mu. & ho. l. iij. §. si. Vel nisi inter viuos fuit pfessus q de suo hoc onus volebat expediri: vt ff. fam. erciscũ. l. si filia. §. Neratius. item hæc quæ primo dixi, sunt pro casu si munus erat tale, quod nec vendi poterat; nec ad hæredẽ filij aliquid peruenire poterat. aliàs forte solus filius teneretur.

DE MVLIERIBVS in quo &c.

[i] EAm q. Nupta est. iuste. vt ff. ad mu. l. fin. §. ij dẽ rescripserunt. idẽ & l vidua. vt. ff. ad mu. l. filij. §. j. & ad hoc s. de inceo. l. si. cum con. cor. secus in disponsata: vt ff. ad mun. l. ea quæ. idem in virgine, vel non iuste nupta, vel corrupta. vt ff. ad munici. l. de iure. §. fina & supra de mune. & origi. le. filios.

[k] Roma. quia ibi est multitudo hominum: vt in authe. de tab. vel econtra lege si pro quamuis, quasi non sit dubium si ibi nubat: vt ff. ad mu. l. Roma. sed prima placet.

[l] Ad honores. hoc ad vtrunq; est contra tium. ff. de mu. & hono. l. iij §. corporalia. sed de honore dic sine administratiõe. ad quod j. de dig. l. mulieres. Vel dic quòd ex certa scientia principis, s. illa non obstante. ad quod s. de nup. l. imperialis. §. si tñ. sed quæ placet, qa hic subijcit cõpelli. Item ad munera dic s. psonalia, non omnia: vt in contrario. sed quædam: vt hic subijcit, & in rubr. hic: quod dic vt ff. de re. iudic. le. ij. & hoc nisi fuerit præuenta: vt ff. ad mu. l. incola. & de iur. om. iu. l. cum quædam.

[m] Possident. contra s. de incol. l. cum neque. & ff. ad mun. l. libertus. §. sula. Sed dic hic dici de patrimonialibus: vt ff. de mun. & hon. l. rescripto. §. finali. sed pro dote, vel dotali prędio quis soluit? Respon. vir, sicut & tributum: vt ff. de vsufruc. l. hactenus. §. fina. nec ob. ff. ad municipales. l. Lucius. §. idem respondit constante. quia illud quo ad personalia per leg. nupta de decurion. leg. ad subeunda. Item si alibi domicilium, & alibi prædium, & indicatur personæ pro rebus in loco domicilij: an alibi existẽtes posita æstimabitur? Respond. non, quia sic impen ea duobus locis solueretur, & esset altera in tributo, & altera patrimonialis præstatio: vt ff. de cen si. l.

Al. ac domo.

forma. §. si vero quod esse non debet & fac. ff. de mu. pa. l. patrimoniorum.

DE LEGATIONIBVS.

Legatus qui dicat.

a Dixit de muneribus in genere, nunc in specie de hoc quod est personale munus. vt ff. de mu. & ho. l. 3 §. 3. & l. fi. §. legati. & dicitur legatus, qui a ciuitate vel prouincia mittitur ad principē vel ad alium: vt hoc ti. alias legatus procon. vt ff de offi. procon. l obseruare. §. j. & l fin. alias. legatus ecclesiæ ad Papam: vt in authen. de san. episco. § si vero episcopus. colla. ix. alias qui mittitur a principe, vel Papa, de quo est ti. de offi. asses. l. diem functo. Priuatorum l. cet nobiliū dicuntur nuncij, vel missi ad causam definiendam. Dicitur delegatus etiam a principe missus. vt 3. de iud. l. a iudice. & no quod debitor reipu. ea fungi non potest, aut is qui non habet ius postulandi, vt infames: licet debitor fisci non prohibeatur. Item vicarios dare non possunt, nisi filios, & quando absenti est iniuncta, quam gratuito suscipit. item libellum principi dare non potest, nisi de his quæ ad iniuriam, vel eius pertinent damnum, vel pupillæ suæ. Item ordinarim eligitur, nisi necessitas sit: vt ff. eo. l. iij. & l. si absenti. & l. legatos & le. Paulus. Item non amplius quam semel, nisi sit necessitas: vt ff. de mu. & ho. l. æthi manorem.

TITVLVS LXIII.

DE LEGATIONIB. a

I. Imp. Valerianus & Gallienus AA.

Pater trium [b] incolumium liberorum legationibus publicis liberatur.

II. Iidem AA. & Valerianus Cæsa.

Cum vos [c] proprio [d] nomine sumptus [e] ob defensionē [f] publicam susceperitis, id quod ad proprias erogationes collega vester acceperit, non vobis reddere heredes eius oportet: [g] sed si in ea causa est, vt restitui omnino oporteat, rei publicæ debent potius inferre. Sane si honorarijs aduocatorū erat ea quātitas [h] destinata, restitui illud vobis, qui hoc p̄staturi estis, nō iniuria postulatis. [i] cum aūt collegā vestrū, quē a defensione patriæ destitisse dicitis, apud prouinciæ præsidem desertæ legationis arguere potestis. [k]

Legatio transmarina tribuit vacationem biennij: secus si proxima: quia talis legatio eam non tribuit. Barto.

III. Impp. Diocletianus & Maximianus AA.

Trāsmarina legatiōe apud nos p̄functos, cōstitutum est biennij vacationé munerū ciuiliū [l] & honorum [†] habere, nō eos qui de proximo [m] obsequium reipublicæ videntur exhibuisse.

Qui dignitates suffragia receperunt, nā habēt vacationē a muneribus propter dignitatē: sed si legatus fuerit, habet propter legationem. Barto.

IIII. Imp. Constant. A.

Vniuersi omnino ex comitibus, [n] vel ex præsidibus, qui suffragio perceperint dignitates, ciuilibus onerib' muneribusque teneant adstricti, ne cōmoda publica [o] cū vmbratili suffragiorū pactione [p] lacerētur. eos tamē a prædictis onerib' excipi oportebit, qui in legationibus publicis versati sunt. [q]

In ijs quæ publicam vtilitatem respiciunt, nō valet reformatio facta a prouincialibus, et consentiente præside, nisi per præfectum vel princi

b Pater trium. in alijs quinque exiguntur: vt ī. de his qui no. l. i. l. nepotes. & est ratio. quia peregrè vadit, & qui defecit. & est alia excusatio a legatione, vt infra ī. [illegible] alia atque alia. vt ff. eo. l. ferendum. §. si accusatio & §. ordine. & aliæ de quibus dictum est supra de excu. mu.

c Cum vos. id est tu & collega.

d Proprio. id est separatim.

e Sumptus. vel sumptus tantum, vel salarium, de quo hi sumptus.

f Defensionem. syndicus ergo erat, vel erat: vt ff. de mun. & ho. l. fi §. defensores. vel defendebant non stre pitu iudicij. sed aliat. & facit ī de infami. l. neminem.

g Oportet, sed quando hoc? Respō si deseruit, & spō te: vt hic, quo casu etiam extraor. punitur: vt ff. eo. l. j. si aūt vrgente necessitate, tunc non reddit: vt ff. e. l. legatis ante quā §. j. & hoc facit. & idem de omnibus qui rū. vt ff. de of. as. l. diē. si aūt est dubiū, ipse debet p̄bare necessitatē: vt ff. eo. l. ij. §. j. & s̄m hoc non tuneq̄. ff. de va. co. l. j. §. diuus. & ī. de adu. diu iud. l. post duos. A ce.

h Ea quantitas. quam repetis ab heredibus collegæ.

i Postulatis. vel si pro socio, vel ast. in factum quibus debet solui, cum per eos heredes nō stet: vel quia iam p̄stiterunt aduocatis: vt ff. loc. l. qui operas. §. diuus & ī. sump. iniū. mu. l. j. Vel hic timoniace: vt ī. de mu. l. ij. ibi non.

k Potestis. & punietur extraor. vt dixi: nec nocet socijs aliorum cessatio: vt ff. eo. l. ij. §. cessatio.

l Transmarina. Ciuilium. sine legatione. alias sunt alio personalis mune rece ff. da va. mun. l. legatū & ff. e. l. Paulus §. j.

† Onerū.

m De proximo. in hoc intelliguntur ff. de hon. mun con l. ij. & ff. eo. l. Paulus §. j. in prin. & l. filius. lic hoc quādo suo noie, non pro alio: vt ff. eo l. si filius. & le. vicarium. qua in casibus, tantum permittitur per alium, vt ibi notaui.

n Vniuersi ex comitibus. i. vniuersi comites præsidum vel proconsulum. & ipsi etiam p̄sides. qui habent dignitates. s. prædictas. teneant &c. sed certū imo & his similes excusantur a personalibus: vt ī. de exc. mu. l. eos. & ff. de vac. mu l. legato. §. comites. quæ sont contra. Sol. hic perceperunt suffragio. i. auxilio, & ita p impetrationē. ibi ex mera liberalitate: quiā meruerunt. ff. ff. quod quisq; iur. l. ijs in prin., vel hic perceperunt suffragio. i. promissiōe. i. hoc pacto, q nihilominus cum opus fuerit suscipiēt munera. & præstabunt auxilium. & hic pactum seruandum, vt arg. ff de re. iumu. l ij. Vel dic suffragio, id est propter suffragium. s. salarium quod habituri erāt ibi gratis. & s̄m hoc habeas in litera, suffragio dignitates. alij habēt. suffragia dignitatū. i. salaria: & tūc locū habet vltima sol. vel dicas oia plane: hic huius erat p̄ fidatus: ibi nō. & sic bene sequitur exceptio legati.

o Publica. quæ sunt in muneribus subeundis.

p Pactione. qa pepigerunt, & nō subeunt. & hic facit pro secunda so. s̄m alios dicas nō vmbratili: qa dicit tacitē intellectū ex quo habēt dignitatē. q nō teneant ad munera alias quod nō est verū nisi s̄m qd dictū est.

q Versati sunt. ar. ii. si primo p̄sides, & postea legati

feerunt, biennio vacant a muneribus personalibus. & oneribus, vt l.l. proxi. non quia præsides sunt, sed quia legati fuerunt, licet præsidatum ad ius petitionem habuerint. vel licet pacto, vel licet p salario, vel licet p ceperint salaria ab prouincia ab honoribus vel muneribus a q. bus modo vacant, sed forte reddunt pro tēpore quo curiam: vt no. l. l. ij. vel melius dic de legationibus, q̃a licet superiores dignitates nō excusent, vt dictū est: legatio tñ sola excusat & semper dic intra tempora. vt l. l. proxi.

a S. quod. Postulatur. a p̃side, vel a prouincialibus. & dic de aliquo quod pertineat ad publicam vtilitatem prouinciæ. si autem de causa quæ sit inter priuatos, tunc habet locum supra de rela.

b Nostræ sedi. pro eodem.

c Omnes prouincia les adsidentes præsidi. vel dic qui sunt adsidentes præfecto, vt itacum dicet.

d Ordinarij. id est præsidis prædicti, qui consulit. & subaudi, vt debeat a per se. ad quod l. de rela. l. p. Vel dic, id est præfecti. & tunc subaudi tantū, quia quandoque ad nos remittet, vt subijcit: vel dic ordinarij, q vice princi pis i palatio, vel vice præfecti ordinarij eo modo erat.

e Quibus. scilicet desiderijs.

f Fortuitis. scilicet fugue alentibus. Accur.

g Vobis. loquitur præfecto prætorio Illyrici. q.d. non alijs est definiendum nisi principi quodoque vt subijcit.

h Implenda. quasi dicat, si per te potes expedire, facias, vel ad nos remittas.

i Prouincialium. vel dic de eligendo legato.

k Sententia. prouincialium assidentium præsidi, & id quo conueniunt ad principem consulendum.

l Partis ad hoc l. de dec. l. nominationum. & j. eo. l. proxi. & ff. de tut. & cura. l. vbi. & de decr. ab ordi. fa. ij. & quod cu. vni. l. nulli. & ad munic. l. quod maior.

m Q Voties Destinatur. ad nos.

n Præcipimus. s. conuenire. quod est j. si nō ægri & c. & no. arg. in electionibus. ad quod in authe. de hered. & Fal §. si vero abiunt. col. j.

o Firmata. super quo volunt consulere.

p Augustali. ab Augu. postea vt ff. de off. pf. Aug. l. j.

q Tuis loquitur præfe. prætor. maximè. & no. quod per multas manus vadit.

r Ordinetur. quod vel per te expediatur, vel ad nos remittas: vt supra. l. proxi.

pem fuerit approbata. Bart.

V. Imppp. Theod. Arca. & Honor. AAA. Apodemio P.P. per Illyricum.†

SI quod extraordinarium consilium postulat,[a] cū vel ad nos ē mittenda legatio, vel nr̃ę sedi [b] aliq̃d intimandū: id q̃d inter oēs[c] cōi cōsilio tractatuq; ꝯuenerit, minimè in examē cognitoris ordinarij [d] referat. Prouincialiū enim desideria, quibus [e] necessaria sępe fortuitis [f] casibus remedia deposcunt, vobis [g] agnoscere atq; explorare ꝑtinet tim⁹: vt sint examinis tui, quæ ex his auxilio tuo ꝑtinus īplenda [h] sint, & q̃ clemētiæ nr̃ę auribus intimāda videant. In loco autē publico de cōi vtilitate ꝓuincialiū [i] sentētia [k] ꝓferat: atq; id q̃d maioris partis [l] ꝓbauerit adsēs[*], solēnis firmet authoritas. Dat. V. Kal. August. Constantinopo. Arcadi. A. II. & Rufino Coss.

Non debet mitti legatio ad principē: nisi de volūtate cōsilij, et autoritate superioris. Ba.

VI. Impp. Hon. & Theo. AA. Monaxio P.P.†

QVoties ab Alexādrina ciuitate legatio destinat, [m] vniuersos curiales ꝓcipimus, [n] q̄ intra vrbē cōsitūt, si nō ægritudine vel alia excusabili necessitate īpediunt, i locū curię cōuenire, & decreta sua ꝓpria subscriptiōe firmata, [o] viro spectabili ꝑfecto Augustali [p] īsinuare, vt ei⁹ relatiōe comitati, tuis [q] virtutib. suas petitiones itimēt: & sub examie tuo ꝓpensa legatiōe res or dinet. [r] D. III. No. Oct. Cōstātinop. DN. Th. A. VII. & Palladio V.C. Coss.

TITVLVS LXIIII.

DE EXCVSATIOnibus artificum.[s]

Hic expressi habēt immunitatem a personalibus muneribus tam discipuli quam magistri. Barto lus.

I. Imp. Constantinus A. ad Maximium.†

ARtifices artium breui subdito[t] cōprehēsarū, ꝑ singulas ciuitates morātes ab vniuersis munerib⁹ [u] vacarē ꝓcipim⁹: siquidē in discendis [x] artib⁹ otiū sit accōmodādū: † quo magis cupiāt & ipsi ꝑitiores fieri, [y] & suos filios [z] erudire. D. IIII. Non. Aug. Feliciano & Titiano Coss.

Et notitia est ista. [a]

Architecti, [b] † medici, [c] pictores, statuarij, marmorarij, lecticarij, [d] seu arcarij, [e] cla-

s DE EXCVSAtionibus artificum. Differt a titu. j. de profe. & me. quia ibi de liberalibus artificibus, hic de his qui tantum operatiuæ manuum excusantur docentes, non discentes: vt no. j. eo. l. j. & scripti in breuibus cuiusque ciuitatis non autem omnes: vt j. l. j. in prin.

t ARtificum Subdito. vt j. §. & est not. & c. & habetur hic comprehensarū. aliàs comprehensū. & dic tunc quòd tantum illi qui sunt intra numerum scripti in breuibus. ad quod ff. de decret. ab ord. facien. l. j.

u Muneribus. personalibus.

x In discendis. id est in docendis. vel proprie, & tunc per consequens & in docendis.

y Fieri. discere si quæris, doceas: sic ipse doceris. nam studio tali tibi proficis, atque sodali: vt ff. de leg. iij. l. legatis. §. ornatricibus. & sic no. q de docentibus tantum dicit: vt j. l. proxi. in fin. & ff. de iur. immu. l. pen. §. pen. & arg. l. de profes. & medic. l. medicos.

z Filios. id est discipulos: vel propriè.

a Ista. l. eorum qui habent excusationē, sunt & alij: vt ff. de iur. immu. l. fi. tamē quæ excusatione esset vt necessariam operam publicis vtilitatibus exhibeant. vt ff. de iur. immu. l. pen. §. penul. Accur.

b Architecti. ab archos princeps, & tectum, quasi maiores magistri tectorum, vt in authen. de non alie. §. quod autem.

c Medici. animalium: & sic impropriè sine literis, vt dixi in rub. vnde P. dicit hic, scilicet multorum appellatione comprehendens omnia animalia.

d Lecticarij. q faciunt breues lectos: de quibus di. ff. de lega. j. l. si ex toto. §. j. & de leg. iij. l. legatis. §. j.

e Arcarij. qui faciunt machinas instar lacus vel tot edam alius arcarij.

† Co. Th. 12. 12. 12

† Co Th. 12. 1. 2. 15

† Co. Th. 13. 4. 2.

Docendo qui docet.

† Facit ad hunc tex. c. nullus quam de cōse. di. 5

† Pulchre voces hae oēt exoli cant hic Alcia. & Pyrrus.

a Quadrigarij. qui faciunt quadrigas.
b Quadratarij. qui faciunt quadratos lapides, vt fuerunt sancti iiij. coronati.
c Appellant. scilicet homines.
d Aedificatores murorum, vt differat ab architectis. Accursius.

...uicarii, quadrigarij, a vel quadratarij, b quos Græco vocabulo πυκτὰς appellát, c structores. i. ædificatores, d sculptores ligni, e musearij, f deauratores, albini quos Græci κονιάτας appellant, argétarij, g barbaricarij, h diatretarij, i ærarij, fusores, k signarij, l fabricarij, bracharij, m par ticarij, atq; libratores, n figuli, o q Græcè dicunt κεραμεῖς, aurifices, p vitrarij, q plumbarij, r specularij, eborarij, pelliones, fullones, carpétarij, sculptores, s dealbatores, t cusores, trigarij, v cisiarij, bractearij, x id est, πεταλούργοι. †

II. Impp. Constãti. & Constãs AA. ad Leõtiũ. pf. pt.

MEchanicos, y † geometras z & architectos, a q diuisiones b partiũ oium, incisionesq; c seruant, mẽsurisq; & institutis d opa fabricationibus stringunt, & eos q aquarũ ductus, & inuẽtos modos docili libratione ostendũt, in par e studiũ docendi atq; discendi, nostro sermóe cópellimus. Itaq; imunitatibus gaudeãt, f & suscipiãt g docẽdos, q docere sufficiũt. Dat. Prid. Non. Iul. Leontio & Sallustio Coss.

TITVLVS LXV.

DE POTIORIBVS ad munera nominandis. h

Iusta est cã appellãdi, si alius prior debet nominari. Barto.

I. Imp. Antoninus A.

SI ipse vocatus i ad munera ciuilia, potiorẽ aliũ nominandũ putaueris, age cãm k tuã

TITVLVS LXVI.

SI PROPTER INIMICITIAS creatio facta sit.

Creatio facta de aliquo propter inimicitias, facit aliquẽ si vult, posse appellare. Bart.

I. Imp. Alexander A.

SI propter inimicitias l ad munera ciuilia m creatus es: hanc tibi nominationem nõ nocere, n p̃sidis æquitas faciet: cum & publicæ vtilitatis intersit, non ex amicitia crea-

e Ligni. i. incisores, ex quibus postea statuæ, vel aliæ operationes fiunt.
f Musearij. id est, qui faciunt illud opus, quod dicitur museum: & sic inferiores qui in aureo vel albo.
g Argentarij. de quibus habes. ff. de eden. l. prætor. vel qui pingit in argenteo colore, vt conueniat prædictis.
h Barbaricarij. qui faciunt recepta quæ aliàs dñr barbacana.
i Diatretarij. qui faciunt calices diatretos, id est de vitro de quibus habes. ff. ad leg. Aquil. le. si seruus seruum. §. si calicem. eò forte sic dictos, quia de facili terantur, id est atterantur siue rumpantur. P.
k Fusores. vt qui cãpanas faciunt vel similia, aliq̃ñ æs. Vel dic, q sunt duo ærarij qui operantur in ære. vel fusores q faciũt fusos, in quibus nent fœminæ.
l Signarij. qui faciunt sigilla.
m Bracharii. a longis brachis Theutonicorum, vel Torcularium Accur.
n Libratores. a libra. id est ponderatores.
o Figuli qui faciũt vasa ex terra in figuris: vt ff. de ser. vrb. præ. l. vlt.

x πεταλόν enim significat bracteã ai q; foliũ. Contius.
y Recte sic, non vt antea, Mathematicos. nam hi reijciẽbantur. Contius.

p Aurifices qui faciunt vasa aurea vel annulos, vel similia.
q Vitrarij. qui artificiuse de ferro vel de materia trahunt vitrum vel fundunt.
r Plumbarij. qui trahunt plumbum.
s Sculptores. id est scissores scilicet lapidum, vt differat a superiori. alij dicunt quòd vitio scriptoris hoc superfluit.
t Dealbatores. armorum, vbi debent fieri subtilissimæ picturæ de quocunque colore.
v Trigarij. qui faciunt vehicula ex tribus rotis. aliã est rignarij.
x Bractearij. i. qui faciunt quædam rotunda & volubilia in freno circa caput equi. & hi dicunt pẽtalargæ, a penta quod est quinque, & largæ. i. latæ: quasi quinque latæ, & volubiles rotulæ: quia tantum quinque debent esse, vt dicunt frenarij. & sic ipsis opificibus & ipsis rotulis conuenit nomen pentalargæ.

y Mechanicos. aliàs medicos. & tunc expone vt supra. l. proxi. & tunc comprehendit illos quos superiori l. dixit.
z Geometras. vt Balduinum agrimensorem. Sed contra. ff. de excu. tut. l. geometræ. Sol. ibi speciale.
a Architectos. de hoc dixi. s. l. proxi.
b Diuisiones. vt geometræ.
c Incisiones. vt architecti.
d Institutis, ab architectis.
e In par. duæ partes sunt. & dic in par studium, non tamen in par beneficium, quia docens tantum excusat: vt statim innuit, & s. l. proxi. in princ.
f Gaudeant. docentes.
g Suscipiant. ad quod in auth. de sanc. epis. §. j. colla. ix. & j. de stu. li. vr. Ro. l. j.

h DE POTIORIBUS ad munera &c.

Qui excusentur, dixit: nunc qui subire debeant. Vel dixit de excusatis quibusdã: nunc de alijs quando alius est potior. Accursius.

i SI ipse vocat9. aliàs cõuenius.
k Age causam. i. appellando: vt ff. de vaca. mu. l. j. & s. de appe. le. ciues. Sed quo potior vocatis, cũ gradatim debeat deferri. ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. Respõ. ibi de ordine honoris, non oneris: vt hic. sed in oneribus debet seruari ordo: vt ff. de lega. iij. l. ordine. & ff. de mun. & hono. l. iij. § præses. Resp. illud verũ, quando omnes sunt sufficientes: aliàs obtinet quod hic dicitur, & ff. de mu. & ho. l. rescripto. in prin. & d. l. de leg. & s. de decu. l. ad subeunda. Fallit autem lex in quibusdam muneribus quæ imponuntur omnibus. vt s. de qui. mu. vel præ. l. j. Item facit. s. quemadmodum ciui. mu. l. fi.

In oneribus ordo seruandus est.

SI PROPTER INIMICITIAS. &c.

l SI propter inimicitias. ab inimico, & causa inimicitiæ.
m Ciuilia. scilicet personalia.
n Non nocere. appellare: vt j. tit. j. l. j. non ipso iure: sic in arbitrio. vt ff. de arb. l. nõ distinguemus. §. cum quidam. & in tutore: vt insti. de excu. tut. §. item propter. & in ordine iudicij: vt ff. de iu. cau. l. si pariter. & in procuratore. vt ff. de procuratore. l. vel exilio. & facit s. de decur. decu. l. fin.

De sum-

tiones fieri debere, sed æstimatione vera, & commodo reipublicæ.

TITVLVS LXVII.

DE SVMPTVVM recuperatione.

Electus qui habet excusationē, recuperat sumpt⁹ quos fecit in lite, ab eo qui eum nominauit. Bar.

I. **Imp. Gordianus A.**

Vnerib. ciuilib. nō fungeris q̄ pro nis madantur, si quinque ᵃ filios incolumes habeas. at si ꝯ id priuilegiū, ad munus, fatigandi tui causa, qdā te deuocauerint, tuq; appellatione interposita ᵇ securitatē reportaueris: a nominatorib. sumptus quos in litē feceris, recuperabis. ᶜ

TITVLVS LXVIII.

SI POST CREATIOnem ᵈ quis decesserit.

Onus subeundi munera nō trāsit ad hæredes mortuo patre. Bar.

I. **Imp. Gordianus A.** ᵉ

SI ante diem subeundi ᵉ honoris atque muneris pr̄ tu⁹ defunct⁹ est: ꝯueniri eo noīe hr̄des ei⁹ nō oportere, ᶠ præses prouinciæ minimè ambiget.

TITVLVS LXIX.

DE * TABVLARIIS, ᵍ scribis, logographis, ʰ & censualibus.

Notarij si ad aliquā militiā vel aliud officiū transeunt: remouenī intra quinquennium, non postea. Bart.

I. **Imp. Alexander A.**

NVlli oīno ex tabularijs ⁱ vel scribis vł logographis, corūque filijs, in quocunq; officio ᵏ militent, sed ex oib⁹ officijs, necnō etiā si intra nostrū palatiū militāt, necdū impleto quinquennio reperti & retracti, primus officijs municipalibus reddantur.

Si decurio officiū notariatus assumpserit priuilegium decurionatus amittit. Bart.

II. **Imp. Gordianus A.**

QVicunque decurionū spōte se censuali ministerio ˡ mācipauerit condōnē habeat ᵐ quā ipse elegerit, depositurus tui ordinis penitus dignitatē, si eū necessitas q̄stionis subeundæ inuenerit.

Seruus non pōt esse tabellio: & si dūs sciuerit eū tale officium assumere, pareat ad interesse tenetur: seruus vero fustigabitur. Bar.

III. **Impp. Arcad. & Honor. AA. Hadriano præfecto prætorio.** ⁿ

GEnerali lege sancimus, vt siue solidis ⁿ prouincijs, siue singulis ciuitatibus necessarij fuerint tabularij: liberi homines ordinenī: neque vlli deinceps ad hoc officium pateicat aditus qui sit obnoxius seruituti. ᵒ

DE SVMPTVVM RECVPERATIONE.

ᵃ Muneribus. Quinq; dic vt ī.q.nu.li. l.iij.
ᵇ Interposita. quod facere debes: vt C.de appel.l.ciues.
ᶜ Recuperabis. p officiū iudicis: vt hic, & de vac.mu. l.j. §.sed si p calūniā. & ī.de decur.l.ij.& ac.ff.de excu.tut.l.sciēter. & ī.de episc. & cle.l. oēs q. in si.& ff.de iu di.l.cū q⁹. & semper dic pbari eorū quātitatē sacramēto reperēis: vt C.de iu.l. pperandū.§.sinaut. & l.sancim⁹. facta taxatione prius a iudice. vt ī Auth.de iudi. §.oportet.colla.vj.

ᵈ SI POST creationem. &c.

Alias si post creationē, elias si an. & tūc subaudi.s.honorē susceptū: vt l tex. si post creationē &c.

ᵉ SI ante. Subeūdi. a se pie electo. si aūt dicas a te filio, tūc distingue vt ī.de peti. suc.pa. l.j.
ᶠ Nō oportere. nisi dies p ap. ipsius dilata fuerit: & tūc app. pēdēte decesserit: qa tunc distinguit honor, vt nō teneat hæres ple q; vt ī.si pen. ap.l.u ad decurionatū. an a munere: & tunc si pp periculum medij temporis: vt in §rijs. ī.de exiu tu. l.quāquam. & ff.si tu.vel cur.l.j. & ij.& si pen.ap. l.j. in fin.vel forte idem in bonitate etiam si reip.interfuit.

*Al.incepit, si pater.

ᵍ DE TABVlarijs. &c.

Qui scribunt pdictus notatos ad munera & honores & tributa soluta, & sunt tabularij q faciendis publicis instrumentis publice præsunt in singulis ciuitatibus. hi quoq; nominantur librarij: vt hic, & ff.de te. iu. l.si librarius. & tabelliones: vt in Auth de ta.colla.iiij. & catholiciani: & sic pōt accipi.ī.da bo.pri:cnp.l.si quis post.§.n.licet alio mō ibi exponaī. aliās scribæ dicunī q circa principē vel alios magnos iudices actis gestisq; ficiēdis deputati sunt. hi quoq; vocant scriptores notarij, libellenses, memoriales, pragmaticales. epistolares, exceptores. vt C.de app.l.pcipim⁹.& l.in officiēdis.

*Al. De tabularijs hulographis.i. scribis cē sualibus. C.The.li. 8.titu. 2.

Nota hic synonyma.

ʰ Logographis logographi q publicis rōnib. describendis deputati sunt. & dicunī a graphos, quod est scriptura, & logos ratio: quia scribunt leges & rōnes publicas & hi quoq; numerarij appellanī: vt ī.ti. j.l.duos. plerunq; th vnū p altero noīe ponitur. Item sunt censuales qui scribunt cēsum: vt hic. & l.qcunque. q sunt spēs sub logographis. Sunt & alij: vt j. l. & C. qui po. in pign.l.pen.

Logographi.

Numerarij.

Censuales.

ⁱ NVlli. Tabularijs. Hęc nomina expone vt in rub.
ᵏ Officio. s.alio. & facit. ī.l.fi.& ī.q mi. nō pos.l.oēs.& ī Authen.de man. princ. §.fin.colla. j.& ī.de muri.l.j.& l.æterna.
ˡ QVicunq; ministerio. id est scribēdi censui.
ᵐ Habeat. Imo reuocaī ad curiā: vt ī. l.fi.& ī.de dec. l.vniuersos. & l.q derelicta. & l.exemplo. quę sunt contra. Sol. hī reuocaī: sed dignitatis progatiua nō vtiī in euitandis tormentis, si de sua scriptura fuerit dubitatio: vt hic subijcit, & ī. de fal.si qs. & crediturt eius dicto: vt ibi & in authen. de fid. instru.§.si vero. nisi in casu: vt in auth. de hæte & fal.§.si vero absunt.

*Co.Th. 8.cc.

ⁿ GEnerali. Solidis. i. singulis.
ᵒ Serui nisi. liberi ergo pōt esse vt ī.da set.reipu.ma. l.fina. quare ergo dicuntur serui publici? Rñ. qa ex eorū stipulatione q̄rit vt ex stipulatione serui. maxime his qui non possunt stipulari: vt ff rē pu. sal.fo.l.iij & iiij. aliās a seruiendo non a seruando dicunī serui, vt insti de in.persō.§.j. Item nō possunt eē decuriones, sicq; neq; aduocati. vt ī de decur.l.vniuersos. licet in Tuscia male seruaī. Item hęc oīa in scribis & similib. scriptorib. An aūt debeant scire leges? videtur

Serui vñ dicunī.

Tabelliones & tabularij an leges scire debeant.

videtur q. sic : ne facientes illicitos obeaftus pœnam subeant: vt ī.de fac.fanc.eccle.l.iubemus.& de eunuchis.l.fi.& ī.vt nemo ad fuū pat.l.j. Item no.q. per fe nō p aliū ɔficiunt, nifi in ciuitate Cōftanti. in qua ēt eft fpāle vt eadem charta fiat ,ptocolū: vt in authē.de tabel. Item ordo inftrumentorū eft, vt primo nomen Imperatoris, & annus imperij, fecundo nomē cōfulis, & annus cōfulatus, tertio mēfis & dies, quarto dies ciuitatis facta, fi hoc fit de confuetudine, quinto feries, fexto locus, feptimo fubfcriptio teftium & ɔfentium, octauo fubfcriptio tabellionis inferatur: vt ī.de fide inftru.l.contrāctus. fed in Italia anteponuntur anni domini.

Anni dñi in principio cuiuflibet ɔtēt⁹ debet poni.

a Cōfenfum. ēt tacitū, nifi ptefletur ɔtium, fic ī.de filijs famil l.j.& de edē. l.iiij.§.fed & filios. non ignorantia, vt fubijcit: vt argu. de procur.l.fi defunct⁹.§.quod fi alter.ɔ. Itē ſa.j.qui mi. nō pof. l.fuper feruis, & ī. de fer.fu.l.fin.& ī.fi feruus aut libertus ad dec.afpirauerit.l.ij & ff.nau.cau.ftab.l.j.§.recipit. & l.fegnen.

b Fifco addici. colige ergo fi ignorās, & non datur fifco, fed dño: verbera tamen imponuntur. Item facit ī.de mutile.l.edicimus.

c Priuata. i. ferui priuatorū nō debēt exercere publica acta: quod eft generalius quā legis cafus: nec contra eft. C. ne quis li.inui.l.j. quia ibi folui.

Sed & fi qs dñorū feruū fuū, fiue colonū chartas publicas agere pmiferit, (ɔfenfum [a] enim, non ignorātiā volum⁹ obligari) ipfum qdē inquātū interfuerit publicæ vtilitatis p ratiocinijs q̄ feruo fiue colono agēte tractata funt, obnoxiū detineri: feruū aūt cōpetentib. affectū verberib. fifco addici. [b] Dñorū.n.interfuit ab initio ,puidere ne publicis actib. priuata [c] feruitia imifcerēt. D. VIII. K.Apr. Mediol. Vincētio & Frauitta Coss.

IIII. Impp. Theodo. & Valentinianus AA.

BOethos, [d] logiftas [e] medogrāmateos, [f] logographos, [g] diaftoleas [h] (q̄ vocabula [i] publicis dicunt fubiacere necefsitatib.) fiue quolibet alio noie nuncupent, nō honore, aut alicuius priuilegij colore fubnixos, p definitione legum inexorabiliū fuā fortunā fubire cōpelli: quatenus nec publicis ɔ quā noceatur, aut minuat vtilitatibus, & fuis corporib. illi reddant, [k] quos vel patris [l] vel maiorū obligatio vel fua conftringit.

Legēdū Demogrāmateos.

d BOethos. i. adiutores eorū qui rōnes publicas difcutiunt, vnde Boethius nomen accipit. Boethos. n. Græcè, Latinè dicitur adiutor.

e Logiftas expone vt in rubri.

f Medogrammateos. gramma. i. litera: vnde medogrammatei. i. medicinæ fcriptores. Accur.

g Logographos. i. publicæ rationis feruos.

h Diaftoleas. diaftoli dicuntur cum aftu, id eft arte diftinctores. Accur.

i Vocabula. i. quorum vocabulorum fignificata feu perfonæ his vocabulis denominatæ funt, fecūdū P.

k Reddant. ad hoc ī.de profef. & medi. l.reddant. & ī.l.j & ī.de dig.l.ne quis.

l Patris. not. quod patris abiectio filium fubijcit. ad quod ī.de decu.l.exemplo & ff.ad mnu.l.aflumptio. §.filius. & ī.de agri.& cen.l.cum fatis.§.fi. nifi in cafu: vt ī.de his qui fpon.mu.pu.fub.l.fin. Accur.

m DE SVSCEPTORIBVS, PRAEPOSITIS. Dixit de fcriptoribus obfequentibus: nunc de dicit & differt a tit. ī.de exact. tri. quia ibi ab inuitis, hic a fponte foluētib. vel alius eft exactor immediate a collatore: alius fufceptor, qui fufcepit ab exactore, vt hic: quia p quoddā medium dicitur a collatore fufcipere, vt ī.l.diu.& l.modios. & funt prepofiti qui præfunt fufceptorib. qui accipientes ponebant in arca vel horreo publico: vt ī.eod.l.ij. fub cuftodia. arcarij qui arcæ claues tenebāt, de quib. habes ī.l. dnos.& l.fin. non vt diu tenerent, vt ī.l.diu. fed quandiu habeat per quem cōpetenter mittatur. arg. ff.de admi. tut. l.ita autem.

TITVLVS LXX.

DE SVSCEPTORIBVS ppofitis, & arcarijs. [m]

Sufceptores debent a foluēte fine mora folutionē fufcipere: aliàs puniuntur. Bar.

I. Imp. Cōftantin. A. ad Eufraxium rationalē triū prouinciarū. poft alia. † [† Co.Th. 12.6.2.]

SVfceptores [n] publicos abfq; omni mora aurū cēlem⁹ fufcipere: [o] ne qs p hanc occafionē [p] fumpt⁹ facere cōpellat. nā fi foluere volēs, a fufcipiēte fuerit cōtēpt⁹: [q] teftib. adhibitis ɔteftationē [r] debebit pponere: vt hoc pbato, & ipfe fecuritatē debitā, [s] cōmifsi nexu liberat⁹, cū emolumētis accipiat: & q fufcipere neglexerit, eius pōderis qđ debebat, duplum [t] fifci rōnibus per vigorem officij præfidis inferre cogatur. Quod aūt [v] fufceptores,

n SVfceptores. qui prępofiti erant ad fubeunda tributa. erant enim duo per fingulas ciuitates: vnus auri, & alter fpecierum: vt infra eod. l. duos. erat alter feparatus arcarius qui centum libras auri quas quilibet conful dabat in opus aquæduct⁹, fufcipiebat: vt ī.de aquędu. l.hac lege. & de conful. l. nemini.

o Sufcipere & thefauris inferre: vt ī. l.diu.

p Occafionem. eo quòd fufceptor non velit fufcipere folutionem: & hoc fine caufa. Accurfius.

q Contemptus. fcilicet fine caufa. vt ff.de fol.l. qui decem. aliàs fecus: vt ī.eo.tit.l.fi foluturus.& l. creditor oblatam. in prin.

r Conteftationem. ad hoc infra de colla. fund. pa. l.placuit.

s Debitam. f.apocham. & liberatus nexu curiæ: qa non committitur res in fifcum pro qua erat foluendum, & cum emolumentis, fcilicet liberationis. & hoc forte accipe, fi pecunia oblata eft amiffa: vt ff. de fol. l.qui decem.& fol.matrimo.l femel. & de lega. j. l.hmōi.§.fi eū.& facit ī.de ɔdi. infer.l.j. & de verbo. obli.l.interdū.§.fi.& ī. de iu.emphy.l pe.§ fina.

t Duplum. fic fupra de fuperindi.l.j.

v Quod autem fic fupra de ann. & tri. l.iudices. & dic, id eft præfidis illius terræ.

Iusta.

iudice cui⁹ interest negligēte violauerit, ex ipsius iudicis facultatib⁹ sarcietũ. D. XIIII. Kal. Aug. Paulino & Iuliano Coss.

Ad nominatores susceptorum in subsidium deuenitur, nec licet ab eis emere. Barto.

II. Impp. Valentinianus & Valens AA. ad Secundum præfectũ prætorio.

Iuxta ueteratas leges [a] noiatores susceptorũ & eorũ q ad ppositurã horreorũ [b] & pagorum creanẽ, obnoxij teneanẽ, si minus idonei sint q ab eisdẽ fuerint noiati: nec qcquã ex eorũ substãtia, celebrata p interpositã psonã emptiõe, mercent. [c] Dat. III. Kal. Aug. CP. Valentiniano & Valente AA. Coss.

Ei debet solui qui est officialis tempore solutionis, non ei qui fuit tempore quo fieri debuit solutio. Barto.

III. Impp. Valẽ. & Valẽs AA. ad Mamert. pf. pio.†

Susceptores noui, non mõ plentis anni [d] debita, verũ ẽt spẽs quas ex reliqs [e] inferũt, [f] qa nouæ sũt ac recẽtes, [g] suscipiãt. D. Pr. K. Nou. Romæ Valẽti. & Valẽ. AA. Coss.

Non debet qs in officio reformari, nisi primi offi. y rones reddiderit. Itẽ rõ singulis annis dẽt reddi. Itẽ officiales nõ debẽt esse ppetui, sed annales vel ad plus biennales. Barto.

IIII. Iidem AA. ad Florentium Com. S. L.†

Nemine susceptionis munere functũ, ad idẽ mun⁹ adstrigi, [h] nisi se pri⁹ vinculo solicitudinis supioris absoluerit. Nã neq; eos q placuerit, grauare, iusti ẽ: [i] neque eos, q displicuerint, tenerẽ, prudẽtis [k] est. Integro igiẽ singuli anniuersario anno trãscurso cogãtur exponerẽ qbus titulis suscepta dispẽrint: vt facili⁹ si qs in furto fuerit dephẽsus, recẽtẽ [l] queat redintegrare iacturã. Nõ ppetui aũt exactores teneanẽ i cõtinuata vexandorũ puincialiũ potestate, velut cõcussionũ dominatiõe: sed p annos singulos [m] iudiciaria sedulitate mutenẽ, nisi aut cõsuetudo [n] ciuitatis, aut auctoritas ordinis [o] eos p bienniũ [p] esse cõpellat. Dat. Prid. Kal. Decẽ. Constantinop. Honorio NP. & Euodio Coss.

V. Iidem AA. ad Germanianum Comitem S. L.†

Quotiescunque certa sũma solidorũ [q] p tituli [r] qualitate debetur, aut [s] auri massa trãsmittiẽ, i septuagintaduos solidos libra ferat [t] accepta. D. VI. Id. Ianua. Ro. Lupicino & Iouino Coss.

VI. Imp. Valẽt. Valẽs & Gra. AAA. Probo pf. pr.†

Frumẽta q de horreis [u] inferunẽ, p illationis mõ illico apocharũ cautiõibus adnotenẽ: [x] si aũt oportet i horreis fiscalibus nisi fiscalia frumenta cõstitui. [y] D. V. Id. Apri. Treu. post consulatum Gratiani A. III. & Equitij. V. Coss.

VII. Imppp. Gratia. Valentin. & Theodos. AAA. Haue Hypati. K. N.†

Diu [z] minimẽ penes ipsos susceptores maneat facta collatio: sed stati quodcũq; a puincialibus fuerit exsolutũ, sacris thesauris inferatur. [a] D. III. Kal. Maij Constantinopo. post Consulatum Antonij & Syagrij.

VIII. Iidem AAA. Cynegio præfe. pro.†

Exactores [b] vel susceptores in celeberrimo coetu [c] curiæ, con-

[a] Iuxta. Leges. Vt ff. iãd mu. l. imparores. & l. qd ergo. & j. de cõue hs. dc. l. qdã. & ff de admini. rerũ ad ciuit. pri. l. curatores. & j. de pi. no. l. ij. & ff de ma. cõ l. ij. & auth. de co. §. ad hæc. colla ix. & ff. e. l. exactores. in fi. Accur.

[b] Horreorũ. vbi collata ponebanẽ. & pagorũ. q a illud officiũ habebãt, vt pessẽt pagis, i. villis vnde reditus proueniebant.

[c] Mercenẽ. expedit. n. reip. inueniẽ soluẽdo primo cuecoiẽdũ.

[d] Susceptores. Anni cuius administratio ad ipsos pertinet.

[e] Reliqs. anois: vel neutraliter. à reliquor, reliquaris.

[f] Inferũt. collatores seo exactores: vel dic veteres susceptores.

[g] Accrescẽtes. s veteribus. Accursi.

ꝗ. de colo. fun. pa. l. placuit. quam si non reddat colonus domino per triennium, cadit a locatione: sicut emphyteuta ab emphyteusi, vt ꝗ. de iure emphyteu. l. ij. domino quandoque: vt infra eo. l. cum satis. §. caueat. & infra titulo secundo l. prima. quod seruo non licet. Item cum alijs litigat: vt supra eo. l. omnes prutugi. in fine. serui non: vt supra de iudi. l. seruus. Vel dic quo ad dominum seruos: vt not. ff. de stato homi. l. ij. Item

a Ne diutius. Libero. aliàs deest, & libero vel adscriptitia: & hæc est lex Iust. missa ad Senatum.

ventris sequitur conditionem. Item inter seruos & adscriptitios modica differentia est. Barto.

XX. Idem A. ad Senatum.

Ne diutius dubitetur, si quis ex adscriptitia & libero, a vel ex adscriptitia & seruo, vel adscriptitio & ancilla fuisset editus, cuius status sit, vel quæ peior fortuna sit, vtrumne adscriptitia, an seruilis: sancimus ea quidem quæ in anterioribus legibus b cauta sunt pro tali progenie quæ ex mulieribus adscriptitijs, & viris liberis progenita sit, in suo statu relinqui: & sic sit adscriptitia proles ex tali copulatione procreata. Si quis autem vel ex seruo & adscriptitia, vel ab ancilla & adscriptitio fuerit editus, matris suæ ventrem c sequatur: & talis sit conditionis qualis & genitrix fuit, siue ancilla, siue adscriptitia: quod hactenus in liberis tantum & seruis obseruabatur. d Quæ enim differentia inter seruos & adscriptitios intelligatur, e cum vterque in domini sui positus sit potestate, & possit seruum cum peculio f manumittere, & adscriptitium cum terra dominio suo expellere?

Sola confessio vel scriptura, in qua quis enuntiatiuè se alterius adscriptitium asseuerat, non præiudicat, nec statum mutat, nisi sit alijs adminiculis approbata, s. ex diuturna præstatione, quam faciunt alij adscriptitij, aut quia alia confessio emanauerit de eadem. Barto.

XXI. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

Cum scimus nostra iura nolle præiudicium generare cuiquam circa conditionem, neque ex confessionibus, g neque ex scriptura, h nisi etiam ex alijs argumentis aliquod accesserit incrementum: i sancimus solam confessionem vel aliam quamcunque scripturam ad hoc minime sufficere: nec adscriptitiam conditionem k cuiquam inferre, sed debere huiusmodi scripturæ aliquod aduenire adiutorium: l

b Legibus. quas non habemus, nisi in seruis vel ancillis, vt supra de rei vin. l. partum. & de lib. cau. l. fina. & in casu speciali vt infra de ag. & man. l. iij. hodie autem aliter est. vt hic, & infra l. fi. & in authen. consti. quæ ex adscripti. in princip. col. v. Item facit ꝗ. eo. tit. l. mulier. & ꝗ. l. proxi.

c Ventrem. sic ꝗ. l. proxi. cum concor. sed fallit in libera, quæ fugitiuo tamiaco, vt. j. de prædijs tamia. l. j. item in munilegulo: vt ꝗ. de muuileg. l. fi. Item & in filijs inquilinorum & colonorum natorum ex libera: vt ꝗ. eod. l. definimus, nam hic in nato ex adscriptitio & libera. Item fallit in libertis curiæ, quos sequuntur filij, vt in decre. xij. q. ij. de libertis. & l. liberis ecclesiæ, sicut alias in decre. xv. quæst. vltima. c. vltimo. cum multis. Item in filijs. Aldionum, vt in Lombar. de conju. ser. vel Aldi. l. iij. quæ omnes sunt contra. Item in honoribus sequuntur patrem, vt ff. de stat. ho. l. cum legitimæ. & de sena. l. filia. Item ex delicto patris quandoque puniuntur filij: vt ꝗ. ad l. Iul. maie. l. quisquis. Item si pater pepigit filium monasterio, obligat eum: vt in decr. xx. q. j. per totum. Item quando nondum erant nati vel concepti, quando pater decurionatum amisit, non dicuntur filij decurionis, vt ff. de decurio. l. ij. §. in filijs. Accursi.

Punitur quandoque filius ex patris delicto.

d Obseruabatur. indubitabiliter: ne contradicat ꝗ. prox.

e Intelligatur. quasi dicat nulla, in eo quod subijcit. & arg. ff. de lib. ho. exhi. l. ij. In alijs autem differunt: quia hi liberi sunt, vt ꝗ. de colo. Thracen. l. j. & ꝗ. l. cum satis. §. caueant. & per hoc aliqua possidere possunt: vt supra eo. l. hi, & in authé. de col. §. nullus. colla. ix quod in seruo secus: vt ff. de acquir. pos. l. cum heredes. & hi clerici possunt dominis etiam nolentibus in possessionibus in quibus sunt adscriptitij: serui autem non: vt in authen. de san. epi. §. si seruus. & §. adscriptitios. col. ix. Item seruus si sciente domino fit clericus fit liber: adscriptitius non: vt ex eisdem §§. Item seruo possum auferre peculium: adscriptitio non. Item etiam serui sine peculio vendi possunt, sed adscriptitij non, vt hic in fin. & supra l. ij. & l. quemadmodum. Item ille litigat cum

Adscriptitius & seruus in multis differunt.

adde quod not. inst. de in. perso. Item si liber seruus, vel ancilla, si contraxit matrimonium cum libero vel libera, domino sciente: sed non adscriptitius: vt in authen. de nup. §. si vero ab initio. col. iiij. & ꝗ. eo. l. fin. sed an de peculio teneatur dominus pro adscriptitio? Respond. sic: vt C. quod cum eo. l. dominos. & argu. supra de sa. san. eccl. l. si quis presbyter.

f Cum peculio. & sine eo: vt ꝗ. de pecu. eius qui lib. l. j. Acc.

g Cum scimus. Confessioni. s. libere. solis, in iure, vel extra: vt statim dicet.

al. fit.

h Ex scriptura. scilicet sola.

i Incrementum. quo accedente fit quandoque colonus. vt si post scripturam, qua ad habitandum se obligasset, xxx. annos steterit: vt infra eodem titulo. l. cum satis. §. cum autem. si autem adijcet in scriptura quod vt adscriptitius stare volebat, & sic fatebatur, tunc hat adscriptitius: vel si dicta inscriptio vel alius similis modus interuenerit, vt subijcit.

k Conditionem. aliàs conductionem: quia solum vt adscriptitius conduxit. ad quod supra de lib. cau. l. ad probationem. aliàs conditionem, i. instrumentum conditionis adscriptitiæ per se factum. vel aliam &c, quandoque per alium, vel dic, conditionem, i. instrumentum per conditionalem, id est oneratum factum: vt supra qui po. in pign. l. scripturas. vel aliam &c. vt per se, vel per alium. Accursius.

l Adiutorium. sic in comparationibus literarum: vt in authé. de fi. instru. §. in his vero. & in quæstionibus seruorum. vt ff. de quæstio. l. j. in princip. sic & in authentic. de nupt. §. quia vero. & not. quod quæ non prosunt singula, multa iuuant: vt hic. & supra de testa. l. sancimus. & C. ad Velleia. l. si mulier. & in authen. vt. immo. ante. doc. & supra qui po. in pign. habeantur. l. fin. authen. quo iure. in fine. & infra, de fun. pa. l. finali. sed argum. contra supra, qui mili. le. j. & ff. de administratione tutorum. l. ita autem. § gessisse. sed hoc hic facit ter in magnitudo: vbi dicit, melius est &c. Accursius.

Adscriptione

quatenus vel ex publici census adscriptione, a vel alijs legitimis modis b talis scriptura c adiuuetur. melius etenim est in huiusmodi difficultatibus ex pluribus d capitulis conditiones ostēdi, & nō solis confessionibus e neque scripturis homines forte liberos ad deteriorem detrahi fortunā. Sin autem est † scriptura, f & post scripturam cōfessio g seu depositio h (sine vi i & necessitate tñ) interuenerit: (quid.n. k si conditionale l instrumentum, vel aliam chartulam, in qua subscripsit, & intimauit & inter acta m deposuit sese colonum fuisse adscriptitium?) tūc ex vtroque genere obligationis, id est tam scripturæ, quàm confessionis vel depositionis, talem eum esse credendum, qualem se & scripsit, & inter acta deposuit. Illud quoque n non ineleganter dubitabatur, si coloni filius per triginta annorum curricula, vel forsitan per quadraginta seu ampliora adhuc viuente patre, &agriculturam peragente, ipse in libera conuersatione o morabatur, & dominus terræ, quia per patrem ei satisfiebat, non etiam præsentiam eius exigebat: an post obitum patris, vel postquàm forte inutilis p is existat, & ruri non idoneus, q potest excusari filius longinqua libertate abutendo: & quod per multos annos neque agrum coluit, neque aliquid colonarij operis celebrauit, cum non possit dominus incusari propter suā desidiam, cui per patrem r eius omne quod voluerat accedebat. In omnibus itaque huiusmodi speciebus satis acerbum nobis videtur domino præiudicari colonorum s absentia, qui rure nati, t & postea absentes, per suos vel patres, vel fratres, vel cognatos agriculturam peragebant. cum enim pars quodammodo corporis eius per cognationem i fundo remanebat, u non videtur neque abesse, neque peregrinari, neque in libertate mo-

a Adscriptione. quia in censum velut suos adscriptitios deduxit volentes: & quia ipse quasi adscriptitiū in censum capitis se deducit secundum Al.

b Legitimis modis, puta per secundā scripturam: vt j. dicit: vel quia longo tempore sic soluit, vt in scriptura confessionis adscriptitiæ conuenit: vt ¶. eo. l. licibus in prin.

c Talis scriptura. qua adscribit se terræ, confitēdo se adscriptitium, & talē ibi velle morari: & per consequens nolle discedere, aliud si tantum profitebat nolle discedere: vt in princ. dixi.

d Ex pluribus. ecce quæ nocent, & quæ non prosunt &c & facit ff. de re. iudi. l. quoties dubia. & C. de episcop. audi. l. nemo. Sed cōtra ¶. de transac. l. fi. Sol. ibi in transactione, & ad bonum non ad malum valet, vt ibi not.

Facit ad hunc text. Feli. ¶ c. si cautio. extra de fide instru. in iij. solu. post me. versi. fallit nono. & in col. xj. versic fallit vlti mo.

e Confessionibus. extra in tacite: vel etiam ius iure, non in figura iudicij liberalis causæ: vt hic & ¶. de lib cau. l. nec si volens. & l. liberos. & l. interrogatam. & l. parentes. secus in figura iudicij: vt eo. titu. le. iubemus.

f Scriptura. pdicto modo facta.

g Confessio. In scriptis vel fine, coram iudice, vel notario etiam extra ius.

h Depositio. coram iudice professio dicitur depositio. & de hac interserit cum dicit, qd enim &c. Accur.

Depositio est corā iudice pfessio.

i Sine vi. hoc innuit etiam extra ius: eum in iure nō sit verisimile quem pati vim: vt ff. quod me. cau l. non est verisimile.

k Quid enim. interpositio est. Accursius.

l Conditionale instrumentum. i. adscriptitiæ conditionis. vel dic i. notarij. vt supra dixi. Accursius.

m Et inter acta. vel etiam extra ius sit confessus: vt ¶ dixi. regulariter enim tñ valet quod fit extra ius, quantum quod fit corā iudice: vt ¶. de pac. l. pacta nouissima. & de transac. l. siue apud. & de lib. cau. l. interrogatam. Sed fallit: vt ¶. de cōfes. & insti. l. de adop. §. fi. itē not. eū stare suæ cōfessioni vel scripturæ. sic & alias etiam si non sit tanta solennitas: vt ¶. arbi. tu. l. fi & ¶. de fabri. l. si quis. Item & ille qui se exheredauit: vt ff de contra tab. l. non putauit. §. si qs sua. sic & ¶ de arb. l. ne in arbitris in fi. & de dona. l. si patronus & ¶. de non nu. pec. l. generaliter. sic ergo habes qualiter fit adscriptitius de nouo, s. cum scriptura, & cum alio adminiculo: vt in rub præmis.

n Illud quoque. si filius coloni mei in libera cōuersatione moratus fuerit xxx. an. vel xl. vel longiori tēpore nihilominus tamen post patris mortē, vel postquam pater agriculturæ inutilis factus ē, detineri valet ille in vinculis in agros nec potest se excusare ideo, quia libere vixerit longissimo tempore. non enim videtur libere vixisse, cum quodammodo pars corporis eius in fundo remanserit, cum p manserit aliqua vel aliquis de cognatione sua, qui mihi præstabat vel præstiterunt quod volui. ideo cum ipsemet præstitisse videatur, non potest se in libertatem defendere: vt dictum est. Accur.

o Conuersatione. aliàs conditione. id est in libertatis possessione. Accur.

p Inutilis. clericus puta factus: vt in authen de sanc. episc. §. adscriptitios. colum. ix.

q Idoneus. vel est senex.

r Per patrem. sed non conuertitur a immo, vt in fin. huius. l. & fa. ¶. de an. except. l. j. & l. fina.

s Colonorum. id est filiorum coloni nec tamen deterioris conditionis erunt, quàm pater: vt infra lege proxi. §. primo.

t Nati. idem si alibi. argumento infra l. prox. licet quidam contra subau. ergo maxime.

u Remanebat. secus ergo si nullus remanserat per quod collige quòd coloni non adscriptitij sūt filijs: quia in eo secus: vt infra. l. proxi. item not. q dicit cognatorum, scilicet fratres, vel similes cum quibus patrimonium seruientis sit commune: in alijs secus: vt ¶. de libe. cau. l. multis. item contra infra de fun. rei pri. l. eum. Solu. ibi nemo remanserat. Vel ibi ab alio detinebatur, hic a se. & eodem modo solu. ff. de diuer. præscrip. l. longæ. vel ibi cum dolo. item facit. ¶. ad l. iul. mate. l. quisquis. item no circa prædicamentum finem esse. item facit. ff. de vsufructu. lege. si cui. &, quibus modis vsufructus amittatur. lege, si cui. item quid si esset natus antequam pater esset colonus? Respond. vt infra lege proxi. §. primo. Item facit supra. de præscriptio. xxx. anno. lege. iij.

vT

Antiquitas.

a Antiquitas. paterna.

Perēt reti nés, totū retinere videtur.

b Posteritas. filij. item nota q retinendo partem vi detur retinere totum, argu. ff. de ser. rust. præ. l. via. Accursius.

c Cum satis. sicut curialis longo tempore nō potest se liberare a curiali cōditione, sic nec adscriptitius: nec etiam soboles eius, siue nata sit in eo fundo, siue alibi. nam ipse & sua soboles remanent adscriptitiæ conditionis, nec se separando e solo liberantur e conditione adscriptitia, vt dictū est. & hoc dictum est ad similitudinem serui fugitiui, qui in fugam se conuertendo non præscribit sibi libertatem longo tempore: vt ī. de ser. fugi. l. j.

d Colonos. id est adscriptitios.

e Temporali cursu. etiam xl. an. vt supra de decur. l. si qs decurio. & de præscrip. xxx. ann. l. præscriptionem. sed contra supra, quando & qui. quarta pars. l. si. in si. sol. vt ibi.

† al. Iuliano.

f Quacunque. nisi xl. ann. vt supra de præscrip. xxx. an. l. omnes. quæ est contra. item quandoq; xxx. ann. vt quando alius præscribit: vt j. de fun. rei pri. l. cum. & hoc nisi steterit, id est permanserit ius adscriptitij in agnatione: quia tunc nullo tempore: vt supra l. prox. in sim plici autē seruo dic vt supra de præscrip. lon. temp. quæ pro lib. l. j. & ij. non ergo per omnia curiali comparetur.

g Negotiatione. quā alibi exercuit.

h Intelligatur. vt ī. de ser. fug. l. j. sed an xxx. ann. præscribit fugitiuus? Respon. vt ibi. item an priuatus ex titu. potest præscribere adscriptitium alienum? Dic vt ibi. sic dicitur se furari colonus & inquilinus & similes, eo quod omnes fugere dicuntur, & receptatores eorum puniuntur. vt ī eo. l. omnes. & l. orig. natiuos. & l. seruos. & l. si coloni.

i Sobole sua. ex fœmina adscriptitia nō sic ex libera tolli conditioni suppositæ: vt j. eo. l. fi. nā in adscriptitijs tantū & colonis colonariæ cōditionis dic q ex cursu temporis non liberentur. omnes eū eis colonī liberari possunt ex cursu tpis, censiti & reliqui: vt j. de fun. rei pri. l. cum. Vel dicito colonus idem quod in alijs: vt s. l. pri. notatur. Accur.

k Fecerit. id est procreauerit. vulgariter enim loquitur. Sed contra s. l. prox. §. j. & j. ea. l. nulla. Solu. ibi in colonis: hic in adscriptitijs. vel verius ibi maxime subaudi.

l Competente. sine voluntate dñi, vel nolle scilicet tali. & facit s. eo. l. mulier. & l. originarios. & de metal. l. fi. & j. de cohor. l. si cohortalis. Accur.

m Detenti. nullo pacto vel scriptura præambula, secundum quosdam, ad instar aliarum rerū: vt ī. de præscrip. xxx. an. l. sicut. & hoc soluendo pensionē vt colonus: vt hic dicit. Sed tu dic q pacto de illigando se solo, præcessit in scriptura, vel sine scriptura, & secuta præscript. xxx. ann. non enim ex vna causa tantum, sed pluribus: vt s. l. prox. circa prin. nec est differentia inter hos quidem adscriptitius: sed certe immodisferunt: vt s. de epis. aud. l. nemini. Item colonus temporis cursu potest liberari: vt supra. l. cum scimus. in fin. sed adscriptitij non: vt supra ea. l. in princi. item istæ præscriptiones non mutant conditionē sed liber remanet, vt hic: quod in eo, scilicet adscriptitio, secus: vt argu. s. l. ne diutius.

† Cē cor. c. 's.' iusta gl. h. extra de immu nit. eccle.

n Liberos. id est adscriptitios.

o Permanere igitur possunt testari: sed non alienare: vt j. titu. ij. l. ij. sed ibi aliter quàm per testamentum, vt instit. q manu. non pos. § pe. Vel dic q testari possunt inter suos, q ab intestato successuri erant, non inter extraneos. sic s. de bo. q lib. l. cū oportet. in prin. & de succes. sup. l. si qs moriēs. Itē no. simul eliquē esse liberū, & nō liberū, vt ff. de lib. ho. exhib. l. ij. & de testa. l. q testa. & de colo. Thra. l. j. & sm hoc sunt liberi sm quid, non simpliciter. & sic in cæteris præterquam in adscriptitijs, qui magis serui cōperantur: vt supra eo. l. ne diutius. prędicti eūt dicuntur coloni inspecto principio cōdonales inspecto fine: quia cōditioni iam obligati sunt: vt hic dicit. & inter hūc & inquilinum non est differentia: vt s. eo. l. definimus. Sed certe immo est, vt ibi no.

p Liberi eorum. quos si non habent, succedit: vt s. de epis. & cler. l. si quis presbyter.

q Deteriori conditione. quàm pr. q quod esset, si non essent

rari. Maneat itaq; dño ius inconcussum. & donec eius vel antiquitas [a] vel posteritas [b] vel cognatio in agrum remanet, ipse videat ibi resedisse.

Adscriptitius fugiens sicut seruus sui furtum facit, licet liber sit, & ideo a tali fortuna non liberatur triginta annorum spatio, sed cum sua sobole idē ad scriptitius remanet. Item nullus debet colonum vel adscriptitium alienum occultare: & suscipientes, etiam ignoranter, nisi restituant illum, pœnis his insertis tenentur. Bar.

XXII. Idem A. Iohanni † præfecto prætorio.

Cum satis [c] inhumanū est, terrā quę ab initio adscriptitios habebat, suis quodāmodo mēbris defraudari: & colonos [d] in alijs terris demorantes, dominos terræ maximis damnis afficere, censemus, quemadmodum in curialium cōditione nemo ex temporali cursu [e] liberatur: ita nec adscriptitiæ cōditioni suppositus, ex annalib. curriculis quātacūq; emanauerit vel quacūq; [f] prolixa negotiatione [g] aliquis sibi vindicet libertatem: sed remaneat adscriptitius, & inhæreat terræ. & si se celauerit, vel separare se conatus fuerit, secundum exemplū serui fugitiui sese diutinis insidijs furari intelligatur: [h] & sit suppositus † vna cum omni sobole sua [i] (& si in alia terra eam fecerit [k]) huiusmodi fortunæ, & capitali illationi: nulla liberatione ei penitus competente. [l] Cum autem Anastasiana lex homines q per triginta annos colonaria detenti [m] sunt cōditione, voluerit liberos [n] quidem permanere, [o] non autem habere facultatem terra derelicta in alia loca migrare: & ex hoc quærebatur, si etiā liberi [p] eorum cuiuscunque sexus, licet non p triginta annos fuerint in fundis vel vicis, deberent colonariæ esse conditionis, aut tantummodo genitor eorum, qui p triginta annos huiusmodi conditioni illigatus esset: sancimus liberos colonorum esse quidem in perpetuum secundum præfatam legem liberos, & nulla deteriori conditione [q] prægraua-

ri: non autem habere licentiam relicto suo rure, ad aliud migrare: sed semper terræ inhæreant, [a] quam semel colendam patres eorum susceperunt. [b] Caueant autem possessionum domini in quibus tales coloni [c] constituti sunt, aliquam innouationem vel violentiam eis inferre. si enim hoc approbatũ fuerit, & per iudicem [d] pronunciatum: ipse prouinciæ moderator in qua aliqd tale fuerit perpetratum, omnino prouideat & læsionem (si qua subsecuta est) eis resarcire, & iuxta veterem cõsuetudinẽ in redditibus præstandis eis obseruare: nulla [e] nec tunc licentia concedenda colonis fundum vbi commorantur, relinquere. & hoc tam in ipsis colonis, quàm in sobole eorum, [f] qualiscunq; sexus vel ætatis sit, sancimus, vt & ipsa semel in fundo nata, remaneat in possessione sub eisdem modis eisdemq; conditionibus sub quibus etiam genitores eius manere in alijs fundis definiuimus.

Nullus debet colonum vel adscripititium alienum occultare. Et suscipientes etiam ignorantes, nisi restituant illum pœnis hic insertis tenentur. Baz.

Nemini [g] autem liceat vel adscriptitium vel colonum alienum scienti prudentiq; in suum rus suscipere. sed & si bona fide [h] cum susceperit; postea autem repererit eum alienum esse constitutum, admonente domino vel ipsius [i] adscriptitij, vel terræ, & hoc faciente per se, vel per procuratorem, [k] eum huc restituere cum omni peculio & sobole sua. & si hoc facere supersederit omnis quidem temporis, [l] quo apud eum remoratus est, publicas [m] functiones siue terrenas, siue annales [n] pro eo inferre compelletur: cura & prouisione

essent liberi vt patet. & possunt liberi originarij coloni & poterunt secundum hoc testari. Accur.

[a] Inhæreant. ne puncto sa separentur: vt ʒ. eo. l. colonos & j. de co. pa. l. j. & j. §. nulla. Item facit ʒ. de præscri. lon. tẽp. q pro li. l. fi. & j. de col. Illy. l. j. & de fun. pa. l. fi. & ʒ. de tabu. l. fin.

[b] Susceperunt, & postea longo siue longissimo tempore coluerunt.

[c] Tales coloni. q. d. secus in adscriptitijs, quibus potest inferri vis secundum quosdam: quod nõ placet.

[d] Per iudicem. scilicet simplicem ordinarium. & quod subdit, præses prouinciæ prouideat, s. exequendo: cum ibi, scilicet in exequẽdo, vet si posset mixtum imperium: vt ff. de iurisd. om. iu. l. iubere. quod præsides habent: vt ff. de offi. p. si. l. illicitas. §. q vniuersas. Vel dic p eundem accipi iudicem & præsidem. Vel dic q non iure actionis, sed per officium iudicis hoc implorabit colonus: vt hic innuit, prouideas &c. & j. eo. ti. l. j. Sicque dicas secundum H. quod in simplũ non duplum fit condemnatio: licet rapina, vel vis, vel furtũ sit. arg. ff. de ser. corru. l. fi. & ff. rerum amo. l. iij. §. si quis eum. Sed alij dicunt esse cum pœnis: vt ff. quod met. cau. l. extat. Itẽ quod subijcit de cõsuetudine, est sic ʒ. de expen. lu. l. j. & de seruit. l. j. & l. si manifeste. & ʒ. eo. l. domini. & l. litibus. §. hæc de redditibus. Accur.

[e] Nulla. nec tunc quando violentias patiuntur. nam domino suo seruus stat aut cadit. & facit ff. de stat. ii homi. l. seruus.

[f] In sobole eorum. nata ex colonis fœminis cuiusdam domini. xxx. an. detentis cum viro. secus si ex libera: qa tũc ventrem: vt j. eo. tit. l. fi. sed dic, immo patrem colonum. idem in inquilino: vt ʒ. eod. l. definimus. in adscriptitio aũt & libera loquitur vt j. l. fin. item hoc cõstat si post cõpletã pscri. patris nata est, quæ tũc ex colono nascitur, verbo accepto eũ esse statui: vt ff. ne qs eũ q in ius. l. pen. §. docere. Sed quid in nato post inchoatã nõ cõpletã? vel cõcepto ante completã, nato aũt post completã? vt secus: quia nati post ingratitudinem patris reuocantur, non ante: vt ʒ. de lib & eorum li. l. ij. Item qñ de commodis partus quæritur, tempus cõceptionis spectatur. vt ff. de sta. homi. l. qui in vtero. sicque senator vel alius clarissimus priuatus habet filios ante dignitatem editos: vt j. de dig. l. si sena tor. Cohortalis quoque filium natum tẽpore sui officij cohortali conditioni relinquit obnoxium: & infra de

Cõceptio nãs tẽp' in partu cõsideratur.

princ. agen. l. quicunque & de cohor. l. si cohortalis. secus in eo qui se curiæ offert: in quo etiam indistincte filij remanet liberi: vt ʒ. de his qui sponte l. fi. sic & filius naturalis curiæ datus, si postea filios susceperit, & curiales erũt, & munera curialia subibunt, vt ʒ de na li. l. communium. sed econtra videtur velle hęc lex. dicit enim patrẽ præscriptum tenere, & liberos eorum: licet non. xxx an. steterint &c. item quid dicis de natis ante inchoatam præscriptionem, qui tamẽ cum patre steterunt semper? Videtur q non teneantur; cum nõ contraxerint, nec mercedem vllã solnerint, nec postea nati sunt, nec ex eo sunt. Item quod subijcit, in fundo nata: secus si alibi, secundum quosdam: vt supra eod. l. cum scimus. § fin. sed vtrobique sob. mariti arg. supra ea. l in princip. item daretur occasio colono tempore pariendi vt faceret alibi ire vxorem; vt dominum fraudaret & vrã debet tolli malitijs. supra de Lat. lib. tol. l. vnica. §. simili modo. Item pudor esset domino tempore illo stare cum vxore coloni si vellet prouidere ne alibi iret: & parcendum est pudori: vt ff mã l. Quintus Mutius. Item pr hoc quia ʒ dicit in fundis vel vicis, quasi nõ sit curãdũ si aliquo tpe nõ fuerit i fundo, vel tpe pariendi, vel alio &c. Item pro hoc quod dicit ʒ. q suf ficit si pater accepit terram ad colendum, & diu colat, item pro hoc ʒ. eo l. mulier.

Pudori parcẽdũ est.

[g] Nemini. non debet quis in suum rus recipere adscriptitium alienum. & si quis alienũ susceperit ignorans, postea q dominus adscriptitij patefecerit p se vel per suum procuratorem, debet qui recepit restituere eum omni sobole sua. & si contra fecerit, tenebitur præstare tributa quæ soluere debent vel soluta sunt a tempore profugi pro re illius cuius culturam deteriit ille adscriptitius: etiam pro animalibus deputatis ad culturam illius agri.

[h] Bona fide. ad quod exigitur quòd a prioc. inquirat: vt j. de colo. Illyri. l. j.

[i] Vel ipsius. pôt ergo aliquis esse terræ dñs, & alius adscriptitij. vt ʒ. eo. l. j. Item fa. ʒ. de incest. nu. l. qui ʒ. & ff. de libe. ho exhi. l. iij. §. is qui. & deposi. l. si quis. in fi. & de trib. l. illud. §. minus.

[k] Per pcuratorẽ. vel et in subsidiũ, p psidẽ: vt j. l. fin.

[l] Tẽporis. et preriti. quod dic vt ʒ. eo. l. quisquis.

[m] Publicas. dñi, vel nicti vt ʒ. l. qsq & l. oẽs pfugi.

[n] Annales. als aiales, i. de aialibus. als annales. & pro hoc

hoc dic tertenas, f. de quinquennio in quinquennium. vt l. de susce. l. fi. Vel de terno in tertium annum.

a Insertas has pœnas dic: vt not. supra de ser. fugit. l. quicunque. & facit in authen. de mand. prin. §. sed &. colla. iij. & l. eo. l. omnes. & l. seruos. & de ope. lib. l. fin. & j. de colo. Thracen. l. j. & de colo. Illy. l. j.

b Si qui. Mente. scilicet credentes matrimonium forte valere. Accursius.

c Vxores. de facto non de iure hodie, vt in authen. de nupti. §. adscriptitios. colla iiij.

d Tam eas. sed seruo coniuncta libera post annũ fit serua domini serui, secundum legem Lombardam: vt in Lombarda. si seruus lib. mulie. l. fi. Item quod hic subijcit, prolem liberã dicit A. & H. colonũ tñ, vt a solo recedere non liceat vt l. eo. tit. l. cũ satis. §. j. sed in alio casu dicit. Itẽ adducunt l. eo. l. definimus. sed dic vt ibi. item in nouel. de his qui ex li. ma. sed certe ibi Pla. dicit cõtra, s. ingenuã: itẽ pro his l. de muriле. l. fin. Sed ibi speciale. Dic ergo secundum Ir. & ingenuam, vt hic. & l no nel. dicto titu. l. eo. l. ne diutius. & supra de ser. vin. p eccl. & de lib. causa. l. fi. itẽ j. ibi conditio decrescat &c. hic ergo ventrem sequit. Sed fallit, vt no. l. l. ne diutius. Item hæc lex in fuccuris tantum obtinet, vt in autheoti. constitutio quæ ex adscript. &c. & nil aliud huic adijcit.

e Libertatem. vt & supra eod. l. ne diutius. vel dic, conditionem.

f Decrescat. ac si dicat, natus ex ingenua non est adscriptitiæ.

g Siue p se. si deest præses. sic l. de his q ad eccl. confugiunt. l. si seruus. & supra de dec. l. generali. & j. de col. Thra. l. j. & de agri. & man. l. ij.

h Neglexerit. ignorans ergo dominus non perdit adscriptitiam: sed sciens sic, vt subijcit secundum P. & supra, ad senatuscon. Claudi. l. j. in fin. Item secundum P. in seruo non distinguitur. sciat dominus, vel ignoret: quia semper partus sequitur ventrem. Sed cõtra supra ad senatuscon. Clau. l. j. in fi. vbi in seruo dicit idẽ.

a al. Hermogeni magistro officiorum.

b Iustinia. in Nouella 54. ait hæc verba callide a quibusdam accepta, ideoque ea interpretatio illa Nouella Cõtinus.

tam eminentissimæ præfecturæ, quàm præsidis prouinciæ: coarcetur autem sic ad restitutionem eius secundum veteres constitutiones & pœnas in eis insertas. a

Mulieres liberæ cum adscriptitijs matrimonium contrahẽtes non perdunt ipsæ, nec eorum posteri libertatẽ: & natus ex adscriptitio et libera muliere, conditionẽ ventris sequitur. Itẽ dñi talium adscriptitiorũ possunt eos extrahere a tali matrimonio authoritate propria, et ẽt castigare. si iudicis copia desit. quod si non fecerint, ad eorum damnum negligentia redundabit. Bart. f

XXIII. Idem A. Ioanni a præfecto prætorio.

Si qui adscriptitiæ conditionis constituti, mulieres liberas quacunque mente b aut quacunque machinatione, siue scientibus, siue ignorantibus dominis sibi vxores c coniunxerint: † in sua libertate permanere, tam eas, d quã prolem quæ ex his cognoscit procreata, sancimus: illo procul dubio obseruando, vt si ex libero marito & adscriptitia vxore partus fuerit editus: is maternæ cõditionis maculã, & non paternam sequatur libertatẽ. e Sed ne adscriptitij putent sibi impunitum esse tale conamen, quod maximè verendum est, ne liberarum mulierum nuptijs ab his excogitatis, paulatim huiusmodi hominum conditio decrescat: f sancimus, si quid tale fuerit ab adscriptitio perpetratum, habere liberam potestatem dominũ eius, siue per se, g siue per præsidem prouinciæ talem hominem moderata corrigere castigatione, & abstrahere a tali muliere. quod si neglexerit, h sciat in suum dãnum huiusmodi i desidiam k reuersuram.

TITVLVS XLVIII.

DE CAPITATIONE ciuium † censibus eximenda.

Ciues vrbani seu Romani habitantes in vrbe, effugiunt onus capitationis. Barto.

I. Imp. Cõstantinus A. ad Eusebium. V. P. præsidem Lyciæ & Pamphyliæ. †

Plebs vrbana (sicut ĩ Orietalib⁹ quoq; prouincijs obseruat) minimè ĩn cẽsib⁹ p capitatione sua cõueniat: sed iuxta hanc iussionẽ nostrã ĩmunis habeat. Dat. Kal. Iun. Constantino. A. III. & Licinio. III. Coss.

TITVLVS XLIX.

IN QVIBVS CAVsis coloni censiti dños accusare possint.

Colonus exactus per dominũ contra consuetudinem præstationis antiquam, accusare potest eum: & si dominus conuincit, punitur. Barto.

I. Imp. Constanti. A. ad Maximum Vic. Orien.

Quisquis colonus plus a domino exigitur, quàm ante consueuerat, & quàm in anterioribus temporibus exactum est: adeat m iudicem, cuius primum po-

i Damnum huius modi. quia fit liber adscriptitius, secundum Py. vel aliter vt no. supra ad senatus con. Claud. l. j. in fi.

k Desidiam. id est pigritiam.

DE CAPITAtione ciuium censibus eximẽda.

Plebs vrbana. s. Romæ, per excellentiã. Sicut in Orientalibus prouin. &c. quo quo est in illj. de iure na. §. sed ius. Item quia hæc lex mittitur ad Eusebiũ præfectum vrbis: sed extra muros vrbis posita soluit capitationem: vt j. ne rustic. & c. l. j. exceptis Thracensibus: vt j. de col. Thracen. l. j. & excepta ecclesia Thessalonicẽsi: vt l. de anno. l. fina. Vel potest hæc l. loqui in plebe cuiuslibet vrbis. p hoc quod dicit quoque. Item pro hoc est j. de omni agro deser. l. pen. per hoc quod dicit, pro gleba & sic non pro capite. Item pro hoc j. ne rustic. ad vllum obs. l. j. itẽ pro hoc supra titu. j. l. cum antea. Item quia hæc subt. generalis est: vt supra si cer. peta. l. j. Item supra de metal. l. per annos. contra. Solu. vt ibi.

IN QVIBVS causis coloni &c.

Qui sint, dic vt j. l. ij. in princip. & dic quòd accusant dominum quando vltra debitum exigit: vt l. j. Item quando in publica accusatione prosequitur suã vel suorum iniuriam: vt infra l. ij. in fi.

m Quisquis co. Adeat. ergo non est seruus, secundum Py.

Potestis

Ventrem sequitur proles.

a Scilicet Romanorum. Contius.

b Co. Th. tj. 9. 8.

a Poterit habere præsentiam. dummodo competens sit scilicet ordinarius tei vt supra. de iurisd. om. iudi. le. :::rit

b Prohibeatur. nec obest colono, quod aliquando sit per vim exactus: vt ff. de mu. & ho. l. cura. Et not. pronunciari de futuro, vt l. negatoria: vt ff. si ser. vē. l. egi. Itē arg. cōtra. ff. de vsur. l. j. §. j. & facit ad hanc l. s. ti. ij. l. cum satis. §. caueant. & l. colonus. & l. j. & s. loc. l. legem. & de discu. l. j. & in auth. de quæstore. & j. de agri. & man. l. dñicos. Acc.

Pronūciari de futuro potest.

terit habere præsentiā, a & facinus comprobet: vt ille q conuincitur amplius postulare, quàm accipere cōsueuerat, hoc facere in posterum prohibeat: b prius reddito, qd super exactione perpetrata noscitur extorsisse.

Coloni censiti licet respectu aliorum sint liberi, tñ quo ad personas dominorū, qbus tributa pstant, quadā seruitute tenenī adstricti: & ideo eos ī iudicium vocare non possunt pro causis ciuilibus, nisi ratione superexactionis: sed pro publicis criminibus eos accusāt, si suā vel suorū iniuriā prosequant: eorū tñ prædia vel peculia alienare nō possunt inuitis dominis inter viuos: Bart.

II. Impp. Arcad. & Hon. AA. Nebridio Com. Asiæ.

COloni censibus duntaxat adscripti, sicuti ab his liberi sunt, quibus eos tributa subiectos non faciūt: c ita his, quibus annuis fūctionibus, & debito cōditionis obnoxij sunt, pene est vt quadam dediti seruitute videantur: * quo minus d est ferendum vt eos audeant lite pulsare, e a quibus ipsos, vtpote dominis vnà cum possessionibus distrahi posse non dubium f est, quam de cetero licentiam submouemus: ne quis audeat domini nomen in iudicio lacessere: & cuius ipsi sunt, g eiusdem omnia sua esse cognoscant. Cùm enim sæpissimè decretum sit, ne quid de peculio suo cuiquam colonorum ignorante domino prędij aut vēdere, aut alio modo alienare liceret: h quemadmodum contra eius personam æquo poterit iure consistere, i quem nec propria k quidem leges sui iuris habere voluerunt, & acquirendi tantùm, non etiam transferendi potestate pmissa, domino & acquirere & habere voluerunt? Sed vt in causis ciuilibus huiusmodi hominum generi aduersus dominos vł patronos l additum, intercludimus, & vocem negamus, (exceptis supexactionibus, in qbus retro principes facultatem eis super hoc interpellandi præbuerunt m) ita in criminum accusatione, q publica est, non adimitur eis propter suā suorumque iniuriam experiundi licentia. n

TITVLVS L.

DE COLONIS Palestinis.

Coloni Palestini non possunt a terra recedere sicut alij: & eorum dñis datur reuocandi plena potestas. Barto.

I. Impp. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius AAA. Cynegio * P. P.

c COloni. Nō faciūt. sed domini præstant pro eis: vt s. tit. ij. l. iiij. & not. quod in eorum conditione exigitur scriptura. vt hic dicit. & s. titu. ij. l. colonos. sicut in adscriptitio vt s. titu. ii. §. eum scimus: sed differunt: quia hic est ex adscriptitio natus secundum quosdam. Vel censitus est, qui certā annuā pēsionē dño soluit, vt hac ff. adscriptitius qui incertam, vt dimidiam fructuū secundum loā. Alij dicūt censitum, pro quo dñs præstat censum, & scribit in cēsum: vt cæteras res suas: vt in authē. de col. §. j. col. ix. & infra titu. ij. l. iiij. & s. de episc. & cler. l. quisquis. & j. de re mil. leg. quicunque. Sed certe hoc debet facere de omnibus adscriptitijs & colonis: vt ff. de censi. l. forma. §. si quis inquilinum. Et not. quòd quandoque large accipitur censitus: vt etiam adscriptitiū comprehēdat: vt s. titu. ij. l. definimus, quandoque strictè: vt hic dicitur.

* Vt quadā debiti seruitu. vid. adstricti. Quo &c.

d Quominus. s. vt adscriptitij, &c. si habeas qd. l. propter qd alias, quomodo est ergo ferendum &c.

e Lite pulsare. vt s. eo. l. j. & j. ea. l. in fi. & supra. tit. ij. l. definimus.

f Non dubium. vt supra titu. ij. l. quemadmodum eadem est conditio inquilinorum: vt supra titu. ij. l. definimus.

g Et cuius ipsi sunt. Coloni, non serui, & sic quo ad seruitiū, nō quo ad dominium. nam sæpe vulgariter dicit amicus amico: totus sum vester, & me tuū esse recognosco. sed m Py. sic aliàs omnia principis esse intelliguntur. s. quo ad iurisdictionem, nō dominiū vel vtilitatē: vt C. de quadr. præscri. l. fi. nec obest, quod non possunt alienare, vt subijcit. nam nec maritus fundū dotalem: vt institu. qb. alie. licet. in pri. nec heres rem legatam, licet sub conditione: vt supra cō munia de leg. l. fina. §. sed quia. & tamen sunt domini. Item pro hoc, quod liberi & suarū rerum dñi. s. tit. ij. l. iiij. vbi dicit eos conscriptos in proprijs prædijs. Sed an actio de peculio detur in dominum? Rñ. sic vulg.: vt no. s. tit. ij. l. ne diutius Accur.

Tuus sū. dominiū nō impor tat.

h Alienare liceret. vt & supra. de episc. & cle. l. si quis psby. & l. iubemus. in pri. nec ecclesiam intrare: vt disti. liiij. c. si quis obligatus. & vij. q. ij. si qs. An aūt testari? Quidam quod nō. ar. huius l. & s. de secundis nup. l. si qs prioris § illud. Item quia serui dñi: vt s. titu. ij. l. ne diutius. & l. quemadmodū. Sed dic quod potest inter suos de sua familia, non inter alios, arg. supra. de hæret. l. cognouimus. & de inces. nup. l. si quis incestas. Item p hoc qa & liberi dñi: vt s. tit. ij. l. cū satis. §. j. & de hoc not. insti. de iure per. & s. titu. ij. l. ne diutius. Accursius.

i Consistere. sic ergo si de facto agat, non valet iudiciū, nec sententia: sicut nec si seruus contra dominum, nisi in casibus: vt ff. de iudi. l. vix.

k Nec propria. prorsus: sunt tñ domini: vt modo not.

l Vel patronos eūdem vocat patronū. vel dic post manumissionem, sed tunc poterit cum venia, vt libertus.

m Præbuerunt. vt supra. l. j. & titu. ij. l. cum satis. §. caueant.

n Licentia. non aliter. ad quod. s. qui acc. non pos. l. si quis. & ff. de iu fis. l. ij. §. imperator. & supra de dila. l. ij. & de quæst. l. .. & in aut. de quæst.

a C Vm per al. pu. Lex : in gñe pō nit lex. nam multæ leges hoc dicūt: vt s. tit. iij. l. oēs. & l. seruos. & l. colonos. & aliæ plures.
b Releuant. i. cultura pp quam fructus quærit, releuat ab alijs onerib. extraordinarijs, quib' tributa faciunt eos subiectos : vt s. tit. j. l. j. & s. tit. iij. l. j. & l. colonos.
c Suffraget. quia eo tum coloni recedebant a solo quasi priuilegiati : quia nati io terra in qua Christus natus est.
d Auctoritas. nō ergo cadsua suo iure ne reuocando. arg. j. de metal. l. deuotū. & s. qñ lic. voi. sine iu. l. j. & in Auth. vt iud. sine quoquo suf fra. §. necessitaté. col la. ij. & j. tit. j. l. j.

DE COLONIS Thracensibus.

e P Er vniuersā. Capitationis. p capite non pstāt. sic s. tit. iij. l. j. sed p terra sie, vt oēs alij: vt s. sine cen. l. oēs. & est alias subiugatio, in litera : quia oneri homines subiugant p terra : vel qa sub iugo terra colit. aliā iugatio. & tunc idē sit sensus. & ad hoc in auth. de mā. prin. §. coges.
f Absolutis. quātū ad capitationem.
g Videantur inge nui. no. non igit' serui. Accur.
h Nec recedendi. sic s. de agri. & censi. l. seruos. & l. colonos nunquam. & j. tit. pxi.
i Libras. nor. pœnā suscipientis Thracē sem : sed qui tributariom priuati, tunc dic vt supra de agri. & censi. l. seruos. idē si Palestinū siue Py. De Illyricanis dic vt j. tit. j. si patrimonia

C Vm p alias puincias q̄ subiacēt nostræ serenitatis imperio, lex a maioribus cōstituta, colonos quodam æternitatis iure detineat, ita vt illis non liceat ex his locis quorū fructu releuātur, b abscedere, nec ea deserere q̄ semel colenda susceperunt, neq; id Palestinæ puinciæ possessorib' suffraget: c sancim', vt ēt per Palestinā nullus omnino colonorū suo iure velut vag' ac liber exultet, sed exēplo aliarū puinciarū ita dño fundi teneatur, vt sine poena suscipiētis nō possit abscedere: addito eo, vt possessiōis dño reuocandi eius plena tribuatur auctoritas. d

TITVLVS LI.

DE COLONIS Thracensibus.

Thracēses capitationis tributa nō pstāt, sed tributa terræ: non tū possunt a terra discedere: & occultans vel retinēs colonū Thracensem, ipsum restituet dño cum peculio, & cū agnatione: & punitur in duabus libris auri Bart.

I. Impp. Theodo. & Valentinianus AA.

P Er vniuersam diœcesim Thraciarū sublato in perpetuum humanæ capitationis e censu, iugatio tantum terrena soluatur. Et ne fortè colonis tributariæ sortis nexibus absolutis, f vagandi, & quo libuerit recedendi facultas permissa videatur, ipsi quidem originario iure teneātur: & licet conditione videantur ingenui, g serui tñ terræ ipsius cui nati sunt, existimentur: nec recedendi h quo velint, aut permutandi loca habeant facultatem, sed possessores eorum iure vtantur & patroni solicitudine, & dñi potestate. Si qs verò alienum colonum suscipiendū retinendūve crediderit: duas auri libras i ei cogat exoluere, cuius agros transfuga cultore vacuauerit: ita vt eūdem cum omni peculio suo & agnatiōe restituat. j

TITVLVS LII.

DE COLONIS Illyricanis. k

Coloni Illyricani origine, a terra se separare non possunt: & cōtrafaciētes renocātur & reuocati subduntur in vinculis. item receptantes eos dicet incognitos puniunt. Bar.

I. Imppp. Valēti. Theodo. & Arcadius AAA.

C Olonos inquilinosq; per Illyricū, vicinasque regiones abeundi rure in quo eos originis agnationisq; merito certum est immorari licentiam habere non posse censemus. l Inseruiant terris non tributario m nexu, sed nomine & titulo colonorum: ita vt si abscesserint, n & ad alium transierint: reuocati, vinculis pœnisque subdantur: maneatque eos pœna, qui alienum & incognitum o recipiendum esse duxerint, tam in redhibitione operarum, & damni quod locis quæ deseruerant, factum est: quàm mulctæ, cuius modum in auctoritate iudicis collocamus: ita vt etiam dominus fundi in quo alienus fuisse monstrabitur, pro qualitate peccati coercitionem subire cogatur: nec sit ignorantiæ locus, cum ad criminis ratio-

lem Imperatoris, dic vt j. de iu. co. l. ij. cætera dic vt no. supra de ser. fugi. l. quicūque. & facit supra de agric. & censi. l. cū sa tis. §. fin. & in Auth. de man. princ. §. sed ēt. colla. iij. & supra de ope. lib. l. si. & supra tit. j. & j. tit. j. & supra de agri. & cen. l. omnes.

k DE COLONIS Illyricanis. Id est de Illyrico, id est Sclauonia.

l C Olonos. Censemus. vt supra tit. j. l. j. Accur.
m Non tributario. idest nō tanquā tributarij. nā tūc posset recedere cū vellet. Accurs.
n Abscesserint. alias accesserint. Accur.
o Incognitum. sciebat tñ alienum : nec sit z supra de ser. fug. l. quicunque. in fio. & supra de agri. & cē si. l. cum satis. §. fin. aliàs esset iniquum. Adde quod no. supra tit. j in fi. ad quod est ff. de fur. l. falsus. § qui alienum. & argu. ff. nau cau. sta. l. fi. § seruorum. & vnde vi l. cum quæ. ebatur.
Quod

nē solum illud sufficiat, quod incognitū a sibi tenuit. Seruū ēt in memoratis regionib. si qs receperit, ignorationis excusatione sublata, quadrupli pœna teneat, operarum ꝑterea cōpendijs, b dānisq; ꝑstitis. In libertis ēt quos pari vsurpatione susceperit, is modus sit quē circa liberos colonos c duximus retinendum.

TITVLVS LIII.

VT NEMO AD suum patrocinium suscipiat rusticanos, vel vicos eorum. d

I. Impp. Leo & Anthemi⁹ AA. Nicostrato P.P.

SI qs e post hāc nostri numinis † sanctionē, in fraudem circunscriptionemq; publicæ functionis, f ad patrocionium cuiuscūq; ꝯditionis ꝯfugerit: id qđ huius rei gratia gerit sub prætextu donationis, vel venditionis, seu ꝯductionis, aut cuiuslibet alteri⁹ ꝯ̈ctus, nullam habeat firmitatem: tabellionibus qui talia instrumenta cōscribere ausi sunt, bonorum ꝓscriptione plectendis, qui tñ scientes ausi fuerint f huiusmodi instrumenta ꝯscribere: vicis ēt vel possessionib. ad patrocinia ꝯfugientium, publico vindicandis. Hæ aūt personæ q̄ ꝯ̈ publicā vtilitatem in clientelam suam suscepisse collatores detectæ fuerint: nobiliores quidem cētum auri librarum ꝯdemnationē subire cogentur: mediocris g verò fortunæ, facultatum suarum amissione plectent: eadē pœna multandis etiam his qui intercedentes ministerium h suum hmōi nefarijs actib. improbe mente præbuerint. Quā formam ex eo quidem tēpore, quod sacra constitutio a diuæ memoriæ Martiano ꝓmulgata ꝯtinet, i. in Thracia quidem diœcesi abhinc annis triginta hoc est a consulatu Aetij secundo, & Sigisbuldi: i in Orietali verò, & Aegyptiaca, & Pōtica, & Asiana diœcesi, vigintisex: hoc est, a cōsulatu Cyri valere, atque executioni mandari præcipimus. k

D. K. Septēb. Anthemio A. II. Consule.

a Deest constitutio Græca, ex prætermissis repetenda.

II. Imp. Iustinianus A.

SI cuiuslibet tributarius iunxerit sibi tributariā vxorē, vel eꝯ̈rio si cuiuslibet ancilla seruo se iunxerit alieno: tā tributarij q̄ serui filios, matrū seq cōditionē, earūq; more genitricū suarū dñis subditos eē cēsem⁹.

TITVLVS LIIII.

NE RVSTICANI AD VLLVM obsequium deuocentur.

I. Impp. Diocle. & Maxim. AA. & CC.

NE quis ex rusticana plebe, q̄ extra muros l * posita capitationē suā detulit, & annonam cōgruā pstat, ad vllū aliud obsequiū m deuocet: neq; a rōnali nostro mularum fiscaliū vel equorum ministeriū subire cogat. Sine die & cōsule. *

II. Impp. Valentinia. & Valens AA. ad Probum P.P. Illyrici. †

SI q eorū q ꝓuinciarū rectorib. obsequūtur, quiq; in diuersis agūt officijs principatus, & q sub quocunq; ꝑtextu publici muneris possunt esse terribiles, n rusticano cuipiā necessitatē obseqj quasi mācipio sui iuris imponāt, aut seruū eius vel forte bouē in vsus ꝓprios necessitatesq; cōuerterint: ablatis omnib. facultatib. ppetuo subiugent exilio: & nihilominus rusticanū, q se in eiusdem opera sponte o ꝓpria detulisse despō

a Quod incognitum. id est sciens nō esse suum.

b Compendijs. lucrum. sic. ff. de eo quod certo lo. l. ij. & fi. §. fi. cum concor. ibidem positis.

c Liberos colonos. vt in prima parte huius legis. 1 liberto autem priuati dic vt C. de oper. liber. l. fi.

d VT NEMO AD suū patrociniū suscipiat rusticanos, vel vicos eorum. Quidā per potentiā pollicet inuare villā, vel castrū, vel singularem hominē rusticanū in p̄iudiciū publicæ functionis: & faciunt simulatas emptiones, vel alios ꝯtus, quasi bona rusticorū sint illius potētis: quæ omnia cassat lex hæc.

e SI quis. Fictionis. vel ēt priuati: vt in Auth. de mand. princip. §. patrocinia. colla. iij. & argu. C. ne li. po. l. j. & de his qui pot. no. ti. præ. & manda. l. per diuersas. & C. de seditio. l. j.

f Ausi fuerint. sic C. de euno. l. ij. & C. de sacrosan. eccle. l. iubemus. §. his tabellionibus. item facit C. de exa. tri. l. fina.

g Mediocris. plus ex eodē delicto inferior quā superior punit. sic ff. de incend. rui. nau. l. Pedius.

h Ministerium. sic C. de rap. virg. Accur.

i Sigisbuldi. ꝓpriū nomen consulis.

k Præcipimus. præcipit ꝓ retroactis seruari. aliàs non esset i vt C. de legi. & ꝯstitu. l. leges. Accur.

NE RVSTICANI ad vllum &c.

l NE quis. Extra muros. nō dicit Romæ. & sic facit ꝓ eo quod nor. C de cap. ci cen. ext. l. j. & maxime qa inferior lex ēt de ꝓuinceijs dicit. & facit C. de agri. & cens. l. j. & l. colonos. & C. de pa. pu. l. fi. & de pri. do. au. l. j. & C. ne opera a co. ex. l. j.

m Ad vllū aliud obsequiū. hoc male seruat communitates. Acc.

n SI qs eorū. Terribiles. facit l. fi. rect. ꝓuinciæ l. j. & C. ne ope. a colla. exi. l. j. & C. de diuer. off. l. j. & ij. & ff. quod met. cau. l. iij. & de offi. præsi. l. illicitas. illicita. & §. ne quid.

o Sponte. secus si inuitus; vt supra q̄ metus cau. l. fi p imp̄ressionem.

Non

* Pars l. vlti. C. de exactoribus tributorum.

f Nominis.

Punit pl⁹ ignobilis q̄ nobilis ꝓ eodem delicto.

* Id est extra metro comias.

* Sic l ma nuscrip.

† Co. Th. 11. 11. 1.

derit, par pœnæ seueritudo cõstringat. Da. Prid. K. Octob. Agrippinę, Valentiniano & Valente Coss.

TITVLVS LV.

NON LICERE HAbitatoribus metrocomiæ † loca sua ad extraneum transferre. a

I. Impp. Leo & Anthemi⁹ AA. Nicostrato P.P.

IN illis a quę metrocomię b cõi vocabulo nuncupantur, hoc adijciendũ necessariò nostra putauit humanitas, vt nulli extraneo illic quoquo mõ possidendi licentia tribuatur: sed si quis ex hisdem vicarijs c loca sui iuris d alienare voluerit, nõ licere ei, e nisi ad habitatorem adscriptum eiusdem metrocomiæ, ꝑ qualemcunq; contractũ terrarũ suarũ dñium possessionemq; transferre: sciente persona extranea, q si contra vetitum se huic negotio immiscere, vel illic possidere tentauerit: quicunq; contractus f initus fuerit, carebit effectu: & contractu soluto, si quid præstitũ est, hoc tantum reddetur. g Da. K. Septẽb. Anthemio A. II. Cos.

a NON LICERE HABITATORIBVS Metrocomiæ loca sua ad extraneũ transferre. Metron Græcè, Latinè mensura: come villa: inde metrocomia, i. villa mensurata, q dat mandatis iussu principis: vt ff. de iu. fis. l. certa. inde dr comœdia, i. villana dictio, seu villana dictio. ab dia. i. dictio. alij, vt Py. dicũt. i. parochiæ, vel diœcesis, in illis. s. terris, vel villis.

b IN illis. Metrocomię. expona vt in titulo. & est sic ff. de exac. tri. l. fi.

Quid sit metrocomia apud Ebra Al. hic.

c Vicarijs. aliàs vicarijs: aliàs vicaneis. & semp expone, i. habitatorib. illius loci, sicut exponit ſ. tit. j.

pars. l. vlti. ff. de exac. trib.

d Sui iuris. sed fundos integros. qui habent certos cõfines, possunt vendere: sed locus non est determinatus: vt ff. da verbo. sign. l. locus. in fi. vnde posset oriri discordia, sm Py. & M. sed forte idem si totũ: vt ſ. subijcit, terrarũ &c. & ſ. de fun. lim. l. vnica. & sic seruat in villa Alcodi Bonon. diœcel. &, ꝑ hoc in Lombar. de phi. alie. feud. vel al. l. fi. item an hĩdẽ instituere? quod vr: vt ff. de alien. iudi. mutan. l. ax hoc. §. sed heredem. item pro hoc. ff. de re mil. l. milites. in fi. & de decurio. l. decurio. itẽ. ff. de acquir. rer. dom. l. quidam. sed argu ſ. ti. de secun. nup. l. si qs. j. §. certũ. & de leg. ij. l. peto. §. fratre. primũ verius. arg. ff. de fun. dota. l. j.

e Non licere ei. sic ff. si libe. imperia. soc. l. j. arg. ſ. ff. de ſhen. empt. l. dudum.

f Contractus. impropriè: cum nullus sit ipso iure: & quatenus da facto est, rescinditur: vt ff. da resci. den. vendi. l. si dolo.

g Hoc tantum reddetur. forte neq; dupli stipulatione vel melioratione locum habente: vt ff. de leg. l. fin. §. fin. & secundum hoc enam sciens agit. vel dic q fuit ignorans: vel si fuit sciens, fuit stipulatus, licet vltra precium. nam aliàs sciens actiõ ad pcium nõ agit: vt ff. de euic. l. si fundum. Sed argu. ſ. ti. de agric. & censi. l. quemadmodum. & ſ. de fun. rei pri. l. nemo. vbi etiam precium non repetit. Sed dices, ibi sciens: hic ignorans. Accur.

TITVLVS LVI.

VT NVLLVS EX vicaneis pro alienis vicaneorum debitis teneatur. h

I. Imp. Zeno A.

GRaue est nõ solum legibus, verũ etiam æquitati natura li contrarium, ꝑ alienis debitis alios molestari. idcirco hmõi iniquitates circa omnes vicaneos pperpetrari i modis omnibus prohibemus.

h VT NVLLVS EX VICANEIS PRO alienis vicaneorum debitis teneatur. id est in villa seu vico habitantibus: vt ff. ad municip. l. qui ex vico & sic secundum Py. loquitur in villanis. & aliàs est vicarijs.

i GRaua. Vicaneos perpetrari. nedũ ciuis ꝑ contrarium, ad quod est ſ. de decur. l. puidendũ. & de exactor. trib. l. j. & in Auth. vt non fiat pign. §. j. colla. v. & ſ. de omni agro deser. l. fin. a definitiona. & ſ. ne filius ꝑ patre. sed fallit ſ. de fabri. l. iuce.

TITVLVS LVII.

h Negotiatione. s. decretali.
i Constitutio. s. ista vt j. §. prox.
k Sequestrent. sic ĩ. de prohi. sequestra. pe. l. j. contra. sub. hic speciale: vt & ĩ. de agri. & cen. l. litibus.
l Pyctacia. i. scripturam breuem: secundum Hugo.

Decem

Erogator iurare debet se officium legaliter & scdm iustitiam peracturũ, & sua manu numerare debet militibus annonam eis debitam, Barto.

XVI. Imp. Anasta. A. Lõgino magistro equitum ac peditum.

Iubemus per hanc diuinam dispositionẽ, eos quibus ex officio tuæ sublimitatis [a] militariũ meritorũ seu cuiuslibet pstationis cõmittit erogatio, in primis iurare pro iustitiæ [b] rõe iniunctã sibi solicitudinẽ peracturos: & fm pſentem saluberrimę nostrę dispositionis obseruationẽ solatium (sicut dictũ est) publicũ erogator manu sua sine vllo dolo & fraude singulis militibus enumeret: quatenus vnusquisq; miles accepto per suã manũ solatio ipse cũ actuario de negotiatione [c] actuarijs pmissa fm rationẽ agat iustitię: hoc videlicet obseruãdo, vt pro singulis solidis actuario, siue statim, siue postvnũ duosve, seu amplius annos restitutũ fuerit debitũ, [d] minus quidẽ vno tremisse, pro tpris scilicet breuitate pacisci liceat: amplius aũt quàm vnum tremissem nullus actuarius, p quoquo tempore seu annorum spatio pacisci penitus permittatur: nec vlla possit actuarius machinatione pro temporis prolixitate vnius quantitatem tremissis excedere.

Si tpe erogationis stipendiorum oriatur quæstio inter militem pſentem et actuariũ de lucro ex pactione actuarij debito: pecunia deponit apud principes militũ, donec p eos principes ppositis ei sacrosanctis Euangelijs cã interim fuerit terminata. Si verò erogationis tpe miles fuerit absens ex legitimo cõmeatu: intra taxatum numerum: sequestrat pecunia in instrumẽto cõfecta apud dictos principes donec post reuersionẽ militis fuerit cã determinatur militẽ & actuariũ per ipsos principes. Bar.

Si qua tamen inter actuarium & militem super pactione, vel negotiatione tempore erogationis emerserit dubitatio: iubemus eidem militi dandas pecunias, ab erogatore principis dari, & secundum hactenus obseruatam consuetudinem [e] easdem pecunias vel ab erogatore principis, vel ab actuario retineri: [f] quatenus causa apud deuotissima principia, propositis [g] sacrosanctis scripturis inter actuarium & militem tractetur: vt ex omni parte miles nullum damnum sub quacunque occasione (præterquam id quod eum ex iusta & permissa actuarijs negotiatione [h] debere constiterit) patiatur. Super his verò quos datis forte cõmeatibus abesse contigerit, hoc volumus obseruari, vt pecunię quę erogandæ sunt, vsque ad triginta milites, quos tantummodo datis commeatibus dimitti sacra constitutio [i] continet, apud deuotissima principia sequestrentur: [k] illorum scilicet tantummodo militum, quorum intra triginta commeatales viros constitutorum actuarius tempore erogationis pyctacia, [l] vtpote habita super pactione, protulerit, quatenus cum ijdem redierint milites, causa apud deuotissima principia fm prefatum modum tractata, vtriusque partis indemnitati similiter consulatur.

Tribunus triginta militibus tantùm potest dare licentiam commeandi: & si pluribus dederit, illi plures non habebunt dispendium, sed erogator rationi publicæ reportabit: ipse tamen tribunus eis de suo proprio satisfaciet. Barto.

Non danda pro tempore tribuno licentia triginta viris amplius sub commeatus occasione dimittere. Sin vero saluberrimam constitutionem offendendo, amplius, quàm triginta viros datis commeatibus tribunus dimittere ausus fuerit: pecunias quidem quæ post præfatorum triginta virorum numerum per commeatus dimissis militibus erogandæ fuerant, publicæ rationi erogator non dubitet reportandas. Sciat verò tribunus præter iam constitutas super huiusmodi facinore interminationes, sese de proprijs facultatibus singulis militibus quibus vltra numerum triginta virorum sub nomine commeatuum eos dimittendo causa non consequendi publica solatia dederit: quicquid ob iniquam dimissionem amiserint, soluturum. Nec prius idem tribunus ab eodem

decedat numero, nisi omnes huiusmodi milites, id est quos post permissam triginta virorum quantitatem, commeatus nomine dimiserit, indemnes in hac parte atque illaesos reddiderit. Hoc etiam adijciendo, ut sub gestorum testificatione tam decem ex deuotissimis a principijs primates eorum videlicet, quam unusquisque caput scholae iuratus deponat sub presentia sua rem, sicut superius dispositum est, fuisse subsecutam, & sub obtutibus suis unumquemque militem solatium suum manu sua ab erogatoris dextera suscepisse: & huiusmodi gesta, relatione a viro clarissimo tribuno, vel deuotissimis principijs intra tres menses mittenda, ex quo profectus fuerit numerandos, ad nostram referat pietatem. Hoc videlicet ante omnia curando, ut pro tempore erogator, postquam datae fuerint ex publico pecuniae, intra duos vel tres menses seu quatuor, pro qualitate scilicet spaciorum, commissam sibi sollicitudinem erogationis non dubitet faciendam: vel si ulterius apud se pecunias publicas, differendo erogationem, ausus fuerit retinere, sciat se modis omnibus damnum, quod ex negotiatione b miles sustinuerit, ex proprijs facultatibus militibus soluturum. Scientibus his qui praefatae dispositionis obseruantiam siue in differenda ultra singillatim definitum temporis spacium erogatione, siue in qualibet alia parte fuerint egressi, non solum sese militiae cinguli amissionem, verum etiam facultatum quoque suarum publicationem pro tanto subituros flagitio: & insuper erogationum quoque solicitudinem ab officio tuae celsitudinis si imperatoria fuerit violata dispositio ad alios transferendam. Si vero idem officium simul atque c huiusmodi fuerit a quolibet facinus perpetratum, ad notitiam nostrae mansuetudinis, vel certe ad scientiam illustrissimae magisteriae referre curauerit potestatis, ut eiusdem apparitionis † periculo tale flagitium principales minime possit aures latere: quatenus ex omni parte eodem delicto reuelato, quicunque saluberrimas nostrae constitutionis vel pietatis ordinationes ausus fuerit violare, interminatas minime possit poenas euadere: ita ut singulis militibus, qui non obseruato in eorum persona tenore dictae dispositionis laesi fuerint, liceat sacratissimum nostrum per unum forte, vel etiam binos milites pro omnibus verba facturos petere commeatum: & porrectis precibus, quod contra nostram dispositionem passi sunt, approbare: eoque facto, statutis violator imperatoriae dispositionis supplicijs percellatur. Illud praeterea omnibus modis obseruari decernimus, ut erogator omnes pecunias quae mortuis militibus usque ad diem mortis eorum debitae fuerant, secundum iam datam diualem dispositionem uxoribus vel liberis eorum non dubitet administrandas. d

Milites deputati ad custodiã alicuius psonę, vel loci, annonã de publico non pcipiunt: sed a cõstituta psona salariũ habebunt de publico. Item milites non debent ad custodiã alicuius deputari sine principis licentia obtenta in scriptis Barto.

XVII. Imp. Iustinianus A. a PP.

Cum saepe contingat propter quasdam maximas & inexcusabiles rationes, a quibusdam ad custodiam vel ob aliam huiusmodi causam f milites deputari, vel etiam deputatos esse, & non conueniat hoc modo publicum aliquod damnum seu dispendium sustinere: iubemus, si qui fortissimi milites ex quocunque numero, curijs, vel quibusdam corporibus, vel sacrosanctis ecclesijs, uel alijs personis pro custodia (ut dictum est) uel tali alia causa a nostro nomine deputati sunt, uel fuerint, ne per eorum translationes, circa annonarum uel capitum † eis praebendorum erogationem publicis rationibus quaedam laesio ingeratur: g eandem rem de proprio personam seu etiam personas, cui uel quibus deputati sunt, uel fuerint, haec modis omnibus agnoscere, h hoc tantummodo de publico pro ijsdem annonis & capite praebendo & imputando, i quod in locis ex quibus praefati milites peruenerunt, seu peruenerint, imputabatur: uel si ante latam pstationem supradictae psonae recusauerint, eosdem milites non recedere de

† apparitionis. (margin)

† capitũ. & s. capitu praebendo. (margin)

a Decem ex deuotissimis. Nota decem testes necessarios, sicut & alias quindecim, ut s. de proxi. sacro. scri. l. vnicuique. regulariter contra. ff. de testi. l. vbi. ire no. sub praesentia. sic ff. de testi. l. testium. & in authē. de haere. & Fal. § hinc.

b Negotiatione. qa forte in ea est erogator.

c Simul atque. i. postquam.

d Ministrandas. sa cit supra eod. leg. his scholaribus.

a Cum saepe. Rationes. propter timorem fustē galdanae.

f Causam. s. fortè propter ductum personarum vel rerum.

g Ingeratur. pro stipendiu puta talium militum.

h Agnoscere. videt q custoditus a nuncio cõis debeat soluere nũcin non cõi, per l. illam. sed certe imo ille qui facit custodiri. vt patet j. ibi, vel si antelatam &c.

i Imputando. i. qd soliti erant antea de publico habere pro salario, hoc habeat: non autem plus a publico, sed ab eo cuius stant seruitio.

Iussio

ſuis locis, vel eos qui receſſerint, ſine quadā mora ad ea redire: hoc omnifariam cuſtodiēdo, vt nemo deuotiſsimorum militum cuicunque perſonę ſeu corpori ſine ſpeciali nr̄æ ſerenitatis iuſsione [a] ſcriptis proferenda deputetur: officio tuæ celſitudinis, [b] ſi hanc nr̄ę māſuetudinis formam, quoties ſuper militibus quibuſdā deputandis aliquid ſtatutum fuerit, geſtis inſinnare, & quid eos qbus dati ſunt, prout nobis placuit, agnoſcere oportet, iridē publicare minimè curauerit, tā diſpendiū quodcunq; publicum hac ex cā ſuſtinuerit, ei de proprio reſarcire, quàm triginta librarum auri multā propter deſidiam ſuā, immo magis cōniuentiā, dependere cogendo: rectoribus nihilominus prouinciarum, & apparitoribus eorum, ſi ſtatuta nr̄a violauerint, ſeu violari cōceſſerint, eiuſdem condemnationis ſolutione percellendis.

Deſiderant̄ hic duę Cōſtitutiones Græcę, ex prætermiſsis repetendæ.

TITVLVS XXXIX.

DE EXCOCTIONE & tranſlatione militarium annonarum. [c]

Opinatores delegati vt militibus annonam exigant & eis ſoluant, a prouincialibus non petāt panis excoctionem, niſi ſit inter eos conſuetudo contraria. Barto.

III. Impp. Arca. & Hono. AA. Suliconi Com. & magi. vtriuſque militiæ.

OPinatores [d] qbus ſpecies in diuerſis pūincijs delegant̄, [e] cōtra oēm conſuetudinē a nullis [f] conſiſtentibus familijs excoctionē panis efflagitēt. Illuſtris igitur auctoritas tua [g] nouā vſurpationem congrua auctoritate repellat: vt cum opinatores in prouincias delegantur, vetus conſuetudo ſeruetur.

Ab excoctione panis nulla domus ēt principis excuſat̄: & ſi procurator domini cui panis coquendus mandatur, contumaciter facere neglexerit, punitur ipſe & dominus ſi fuerit conſcius. Bar.

II. Iidē AA. Adriano PP.

IN excoctione buccellati [h] quod deuotiſsimis militibus conuenit p̄parari, in tranſlatione [i] etiam annonæ, nullius [k] excipiatur perſona: uidelicet vt nec noſtra quidē domus [l] ab his habeat̄ īmunis. Et ſi quiſquā (qđ non opinamur) implere quæ ſunt præcepta neglexerit: in procuratorem [m] eius ſeueriſſimè vindicetur: ita vt ſi huiuſmodi contumacię dn̄m [†] conſciū eſſe conſtiterit, quadruplum id quod pro eius capitatione poſcitur, poſt habita [n] [†] dilatione ſoluatur.

TITVLVS XL.

DE MILITARI VESTE.

Canonem veſtium a calendis Septembris vſque ad calendas Aprilis reſpublica ſoluet. Bart.

I. Impp. Valet. & Valens AA. Auxonio PP.

OMnem canonem veſtium [o] ex kalendis Septembris ad kalendas Aprilis [p] noſtris largitionibus tradi pręcipimus: propoſita pœna rectori prouinciæ, vel eius officio, condemnationis quæ tuæ [q] iuſtitiæ videbitur.

II. Imppp. Valēs, Gratia. & Valentinianus AAA. Modeſto PP.

PRouinciæ Thraciarum per xx. [r] iuga ſeu capita conferant veſtem. Scythia & Myſia in xxx. [ſ] iugis ſeu capitibus interim annua ſolutione dependant: per Aegyptum & Orientis partes in [t] trecenis ternis [ſ] iugis: per Aſianam verò & Ponticam diœceſim ad eundem numerū in capitibus ſeu iugis annuę vetus collatio

---

[a] Iuſsione. ſic ſ. de manda. prin. l. j.

[b] Tuæ celſitudinis loquitur præfecto.

[c] DE EXCOctione &c.

Expone vt patebit hic. j. eod.

[d] OPinatores, i. exactores militaris annonæ, vt ſ. eis j. l. opinatores. alias optiones.

[e] Delegātur. vt ibi exigant, & militibus dent qui ibi ſunt p̄ republica.

[f] A nullis. i. nō petant ab illis familijs excoctionem panis, quas conſuetudo excuſat. & ſic nota pro cōſuetudine prouincialium: ſic ff. de off. procon. l. obſeruare. §. obſeruare. & l. ſi in aliquam. § & ferias. & ſ. de teſta. l. teſtamenta. & ff. de aqua plu. ar. l. ſi prius. & de dec. l. non enim. § vlti. & ſ. de expen. ludo. l. j. & j. de diuer. offic. l. viros. ſed ab alijs omnibus quos conſuetudo nō excuſat, eiſ flagitent, vt j. l. proxi.

Cōſuetudo regionum attēditur.

[g] Tua. magiſtro militum loquit̄. Accu.

[h] IN excoctione buccellati. i. panis azymi: qui ideo buccellatus dicitur, quia facile per buccellas, i. per parua & minima fruſta diuiditur. P.

[i] In tranſlatione. id eſt in deferendo ad milites qui ibi prope in limitibus ſunt.

[k] Nullius. niſi cōſuetudo excuſet, vt ſ. l. proxi. & ad idem. ſſ. de muner. & hono. l. iij. §. eos.

[l] Domus. ſi quam in ea prouincia habemus ad quod ſ. vt in emptiōe ſpecierum. l. j. & j. de cur. pub. l. nullus. & ſ. de priui. do. Aug. l. iij.

[m] In procuratorē. cum dominus abeſt. ad quod ſ. vnde vi l. meminerint. & de ſal. mn. l. j. §. actore.

[n] Poſthabita. id eſt ſine dilatione.

DE MILITARI veſte.

[o] OMnem. Veſtiū. militū, vt ex rubrica patet.

[p] Aprilis. Not. in kalendis Aprilis veſtiendum pro æſtate: ſed & tunc nauigiū incipit, vt ſ. de naufrag. l. quoties. in fin.

[q] Tuæ. loquitur p̄fecto præto. Accur.

[r] PRouinciæ. In tricenis. forte pro ſingulis tricenis iugis vnum aureum dabit aliquis. Item pro tot capitibus alium aureum ad veſtes militum.

[ſ] Ternis. id eſt triginta quatuor, ſecundum Hug.

Compa-

[†] Conco. cum hac l. c. j. ſgl. ſup vet. p̄curatoris. extra. vt li. nō cōteſt. circa med. glo. ibi. & dolus procuratoris.

[†] De hoc verbo qd ſignificet, & qualiter exponatur, vi de gl. ſup vet habita. in ca. inter monaſteriū. extra de re iud.

al. tricenā al. quinquagenā: vt notat Azo. hic. Contius. in xxx. terrenis iugis.

a Comparaticium. id est, qui comparatiuus si non habent. b debere. sed in mercede sorte dabunt æquiualens.

c Fortissimis militibus. Transit ses l. quia in tirentes tenuittuntur. P. & de his mentio Z. de ero ga. milit. anno. l. per hac §. hoc videlicet.

d Chlamydibus. forte p futura, vel fibulis. nam pro toto parum esset.

e Militaris adæratio. id est æris congregatio certo tempore, vt supra eod. leg. j.

f A gynæciariis. hoc expone. vt Z. de murileg. in rubric.

Gregariis. i. vilibus puta de plebeiis natis: sicut grex est inferiorum pecorū. scilicet ouium. mnorum autem dicitur armentum. Not. ergo q̃ fortissimis quinque dantur partes in pecunia: in ferioribus datur sexta in panno: quod volunt eligere.

h DE METATIS. & epidemeticis.

Metati q dicantur. Metati dicuntur milites to terminis castrorum qui castra vallo undique circū dabant. vnde in Exo. Castra metati sunt filij Israel. sic ponit Z. de epi. & cle. l. omnia. Sed epidemetici dicuntur qui s. milites sunt constituti, metientes siue deme tientes militibus hospitia. i ab epi, quod est Z. & metis, id est metatis. i. de his qui s. milites de mentiuntur, id est di metis diuisa assignant hospitia.

Epidemetici q dicantur. Exo. 13. d

Gal. iunio ribus. Gallice appellant fourriers.

a S i quis. Vide dicere q̃ epidemetici habebant sub se mensores, qui quidem mensurabāt hospitia, accipientes tertiam, vt j. l. prox. & in eminenti loco scribebant nomē ei quibus debebat ho

dependatur: ita ut p Oriē tem, puinciæ in titulo au ri compara itij quod p iugatione redditur, com pensationis gratia pfruā tur: exceptis Osroena, & Isauria. nam eas demum constat aurū cōparatitiū a minimè debere. b †

Ad vestem militis non præ stabuntur bini tremisses, sed vnus solidus. Bart.

III. Imp. Arc. & Hon. AA. Marciano Com. S. L.

Fortissimis militibus nostris per Illyricum non binos tremisses c pro singulis chlamydib. d sed singulos solidos da ri præcipimus.

Quinque partes precij vestis militaris in pecunia de bent dari fortissimis militibus: debilibus vero sexta pars in panno. Barto.

IIII. Impp. Hon. & Th. AA. Alcepiodoro P. P.

Militaris adæratio e vestis a collatorib. exigat, sacratissimis vide licet largitionibus inferē da: ita vt quinq; eius par tes fortissimis militibus erogent in precio: sexta verò portio a gynæciariis f clementiæ nr̃æ absq; vl la vel ipsorū vel publica icommoditate, pro eadē cōtextiōe suscepta, mino ribus † gregarijsq; g mi litibus f ipsa quam maxi mè eos desiderare consti terit, specie præbeatur.

TITVLVS XXVI.

DE METATIS ET epidemeticis. h

Mensor deputatus ad hospi tia mensuranda per epideme ticos, & militibus danda, seu assignāda, si in hospitiis domo scripserit nomen militis, cui sit hospitium assignatum, & postea deleuerit, punitur pæna falsi. Barto.

I. Imppp. Val. Th. & Ar. AAA. Theo. magist. offic.

Si quis i me tatorū k no strorum ma num qua de putatas sin gulis quibusq; domus de notant, & postibus l ho spitaturi m nomē adscri bunt, delere non dubita uerit, ad instar falsi n re us, cōstituti huius aucto ritate teneatur.

II. Impp. Arc. & Hon. AA. Osio magist. officio.

In qualibet vel nos ipsi o vrbe fuerimus, vel in qua hi qui nobis militāt, commorētur, omni tam metatorum, p quam et hospitū iniquitate summota, duas dominus p priæ domus, tertia hospi ti deputata, eatenus in trepidus ac securus possi deat portiones, vt in tres domo diuisa partes, pri mā eligendi dominus ha beat facultatem: secundā hospes quam voluerit exe quat: tertia domino relin quenda. Plenum enim æ quitate atque iustitia est, vt q aut successiōe fruit, aut emptione vel extru ctione gaudet, electam p cipuè iudicio suam parte teneat & relictam. q Ergasteria q verò quæ mercimouijs deputantur, ad prædictā diuisionis iniuriam non uocentur, sed quie ta sint & libera: & ab omni hospitum iniu ria defensata, solis dominis conductori busque deseruiant. Sanè si stabulum (ut ad solet) militari viro in tertia domus parte de fuerit: ex ergasteriis (nisi id dominus qualibet occasione prouiderit) pro anima lium numero, vel domus qualitate deputa bitur. Illustribus sanè viris non tertiam par tem domus, sed dimidiā hospitalitatis gra tia deputari decernimus: ea dumtaxat con ditione obseruata, vt alter ex his (si liber, r atque maluerit) diuisionem arbitraria æ quitate faciat, & alter s eligendi habeat optionem, & firmissimum perpetuò,

Spitatis: quibus non licet delere, nec variare postquā fecerint, quam suo officio sua dat. vt ff. de re iud. l. iudex. & Z. de offi. p eu. C. xia. l. fi.

k Metatorum. dicti mensores: de qui bus habes Z. de men soribus.

l Postibus. l. ostijs: sic ff. de statu. l. sed & si pupillus. §. de quo.

m Hospitaturi. i. militis. Accur.

n Falsi. quia delet verū: vt & ff de fals. l. j. §. q stationibus.

o In qualibet. Metatorum. expone vt Z. l proxi.

p Et relicta u. p̃sertur q maiorē habet partē de te: vt Z. de dona. l. sancimus. §. j. & facit Z. de his qui se defe. l. j. circa prin. Arg. contra Z. quan. & qui. quar. pars de be. l. ij. circa prin. Sed quis diuidet? R. dā m sortē: vt Z. hac leg. innuit: & Z. l. proxi.

q Ergasteria. q sunt in plateis, vel angi portis: vt j. l. vltima.

r Si liber. si habes quilibet. videt abundate propter verbū, alter. si habes qbus § bet. C. de prædictis illustribus.

s Et alter. puta hospes. nam & Z. pitur eligit hospes. Accur. Cunctor.

quod iussimus pseuerete: ita vt triginta librarũ auri, qui illustrissima sunt ꝑditi dignitate, fisco nostro se poenam illaturos esse cognoscant: ceteri verò militia sciãt se esse priuandos, si gñale prçceptũ amplius vsurpãdo quàm iussim[a], reprehẽsibili temeritate violauerint.

Præsentibus iudicibus qui de causa cognoscendi potestatem habent, non debent eorũ prætores adiri. Bar.

III. Idẽ AA. Vincẽt. P.P.

CVnctos iudices scire volum[a], a ꝑtorijs ordinariorũ iudicũ his [a] præsentibus abstinendũ.

Domus fabricẽsiũ ad hospites recipiendos nõ grauari. Bar.

IIII. Idem AA. Aemiliano mag. offi.

FAbricẽsiũ [b] domib. vbicũq; ꝯstitutis omnẽ molestiã hospitũ ꝑcipimus amoueri: q̃ & Antiochensib. & ceterarum ciuitatum fabricis similis domorũ excusatio ꝓbeat, abũte. s. sacro comitatu.

V. Impp. Hon. & Theo. AA. Ioanni P.P.

DEuotũ [d] possessorẽ ab omni ingetudine liberam[e]. Primo igit omniũ ad nullũ ꝑdium [e] publicũ vel priuatũ domus nostræ, vel cuiuscũque iuris vllus metator[f] accedat, si a quoquã fuerit destinatus. Licẽtiã. n. dño, actori, [g] ipsiq; plebi serenitas nostra cõmisit, vt eũ q ꝑparandi gratia ad possessionem venerit, expellendi habeat facultatẽ, nec crimẽ [i] aliquod ptimescat: cũ sibi arbitriũ vltionis suç sciat esse ꝯcessum: [h] recteq; sacrilegũ prior arceat, q primus inuenit. Administrãtẽ verò, eiusq; officij ꝓceres, quorũ ꝑceptio inhibitã ꝑsonã ad agrũ aliquẽ destinauerit, in tempus ꝓscribi debere cẽsuimus. Solã sanè hospitalitatem [i] sub hac obseruatione ꝓcedimus, vt nihil ab hospite quod vel hominũ vel animaliũ pascuis necessariũ crediẽ, postuleẽ: omniumq; sit acceleratũ iter atq; continuũ, nec ylli liceat residere: ne diuturnitas cõmanentiũ vlla ex parte prædiũ vexet. Decem ẽt librarũ auri multa ferieẽ quisqs administrator, rogator, apparitorve vllus, militans. s. vel iter agens, vllo in loco aliquid ab hospite postulauerit. [k] Intantũ. n. inhiberi sceleratum morẽ iubemus, vt ipsis quoq; præbentib. impunitũ esse non patiamur, si quid sponte [l] ꝯ præceptum nostrum probati fuerint obtulisse.

VI. Idem AA. Adriano procur. Africæ.

HOc ꝓspectũ est, vt infausta [m] hospitalitatis præbitio tolleret, nec balneũ [n] quisquam a domino ædium postulet.

VII. Iidem AA. Eustathio P.P.

DEuotissimos milites ex ꝓcinctu redeũtes, vel proficiscentes ad bella, muri [o] sacratissimç vrbis singulæ turres in pedeplanis [p] suis suscipiant.

Medici sacri palatij, & vrbis Romæ magistri liberaliũ artiũ, & pictores ingenui, quoad viuunt, sunt immunes ab onere hospitandi. Bart.

VIII. Impp. Theod. & Valent. AA. Heliani magist. offic.

ARchiatros [q] nostri palatij, necnon vrbis Romæ, & magistros literarũ, [r] ꝓ necessarijs artibus, vel liberalibus disciplinis, necnon picturæ ꝓfessores (si modo ingenui sunt) hospitali molestia quo ad viuẽt liberari præcipimus.

Hospitãtes milites in domib. habitationũ ipsorum, nullã alia discussionẽ vel pœnã debẽt subire. Item nullus debet sperare vt a muner hospitãli milites

---

Legati apostolici nõ debẽt in episcoporũ domib[9] hospitari.

[a] CVnctos. His ordinarijs iudicib. Et not. ꝙ legatos curiæ Romanæ, q hospitant in domibus episcoporũ & aliorũ ꝑlatorũ eis ꝑsentib. & facit in auth. de defen. ciui. §. nulla. vbi defensor nõ pdit iurisdictionem ꝑꝑ ꝑsentiã præsidis.

[b] FAbricẽsiũ. hi sunt q faciũt publica arma: vt no. s. de fabr. in rubr.

[c] Comitatu. aliàs comitatu: aliàs commeatu.

[d] DEuotũ. quales debẽt eẽ ꝓs prouinciales.

[e] Prædiũ. quia secus in domo: vt j. ea. l. § solam.

[f] Metator. i. miles: vt s. in rub. no.

[g] Actori. i. castaldioni domini eo absente.

[h] Cõcessum. Not. sic & s. de iur. fis. l. ꝓhibitũ. & est argu. ad id quod no. ff. de insti. & iur. l. vt vim. Item facit s. q̃ñ lice. vnicui. sine iu. se vin. l. j. & ij. & de iu. emphy. l. ij. & de adulte. l. Gracchus. & ff. de adul. l. mariti. & ad l. Aql. l. sed & quicunq;. & l. quẽad modũ. §. j. & i auth. vt lice. mat. & auiæ. §. his. & s. de decur. l. eos. & l. gñaliter. Item no. q̃ hic permittit vltionẽ, non solũ defensionẽ. sic ff. de bo. lib. l. qui cũ maior. §. si libertus. in h. sed hic ꝓ defensione ponit, & d. l. q cũ maior. per iudicũ vindicat: vt no. ff. ad le. Aqui. l. sciẽtiam. § qui cũ aliter. in fi.

[i] Hospitalitatem. id est recipiẽdo hospitẽ in tertia vel dimidia parte domus: vt s. l. ij. Accur.

Postulauerit. sic s. ne rusti. ad vllum. l. ij. & de erog. mili. an. l. iij.

[l] Sponte. sic & s. ne rusticani ad vllum. l. ij. in fin. & j. tit. ij. l. ij. Accur.

[9] Hęc verba reciẽtur in gl. sup verbo. expelli, i prin.

[m] HOc ꝓspectũ. Infausta. i. horrenda, ẽm Hug. aliàs pro malo omine: vt s. de repu. l. ꝯsensu. circa princi. Accurs.

[n] Nec balneum. s. nec comitibus lauacra.

[o] DEuotissimos. Muri geniti ni casus est. Accur.

[p] Pedeplanis. i. in pedib. turriũ & murorũ vrbis, q̃ spissæ sunt, poterũt milites descendere. vt se ibi ꝑparẽt alijs vestibus ad eũdũ & redeũdũ. & vt vna dictio in pedeplanis.

[q] ARchiatros. i. principes medicorũ, seu maiores medicos. & facit s. de inoff. testa. l. si. & de ꝓfes. & med. l. medico. & l. fi. Accur.

[r] Literarũ nõ primarũ: vt ff. de mun. & ho. l. vt gradatim. Omnes.

e. vlti. extra d loc. & ꝯdu. & per hunc text. valet ibi dicta gl. dicere q̃ dñs ꝓõt ꝓpria auctoritate expellere emphyteutam si nõ soluat ei canonẽ. Cõsulit tñ illa gl. q̃ dña expellat emphyteutã iudicis auctoritate. p l. j. C. d pignorib.

sit immunis, & vicini domus grauetur. Bar.

IX. Iidem AA. Nomo magistrum officiorum.

OMnes qui metata a in suis domibus pręstant, siue hospitia præbuerint metatoribus, b siue quolibet pacto satis eis fecerint, nullam vel pēsionis, vel discussionis domus gratia molestiam sustinere cogantur. Deinde neminem volumus cu iuslibet loci vel ordinis in hac florentissima vrbe domum propriam excusantem, metatum sibi in alienis ædibus priuilegio militiæ vindicare. c qd̄ & in prouincijs obseruari oportet. ceteris verò quibus illustris dignitas sub cingulo vel citra cingulum d pro suo solo honore delata est, excusandarum ædium licentiam penitus denegamus. Hoc iuris etiam in his præcipimus obseruari, quos ipsa quidem administrationis conditio spectabiles nouit: honor tñ additus a nr̄a liberalitate reddit illustres. Sciturus oībus quòd si qs cū cingulo perfruatur, & excusationē ita propriæ domus impetrauerit, vt a pensione ēt portionis tertiæ e sit immunis, & militiæ cā metatum in alienis domibus sibi crediderit vindicandum: si quidem honore præditus excusationis ius habeat, carebit legum priuilegijs, f quas fraudare conatus est. Si vero īter eos, qbus nulla suffragatur dignitas, numeretur, centum librarū auri sacratissimis largitionibus pendendarum illatione multabitur.

Quidā in hac lege nominati dum viuunt, & post mortē eorū hæredes filij, parentes, nepotes, frater, soror, uxor, & eorū tres domus a molestia recipiēdi milites habent immunitatē: quidam duas, quidā unam tantum, quidam dimidiam tantum. Bar.

X. Impp. Valentinianus, & Martian. AA. a

HAc lege sancimus, vt si quis consularem ac patriciam meruerit dignitatē, g tres domos proprias dum superest, habeat hospitum immunitate securas: heredes verò eius filij, aut pater, aut mater, nepotes, aut frater, aut soror, aut vxor, duarum h domorum suarum excusatione potiantur. Si quis verò consulatu tantummodo gloriatur, duas semis i domos suas immunes habeat: post fata verò eius memorati hæredes vnam semis domum suā habeāt nullis hospitijs prægrauatam. Pari priuilegio perfruatur cum memoratis hęredibus, q solius patriciæ dignitatis sine consulatu decorat insignibus. Pręfectorij vero, necnō & magistri militū duas domos suas habeāt, quoad vixerint, hospitibus liberatas. Hæredes vero eorum memorati vnam defendāt domum suā simili excusatione munitā. Magistri verò officiorum, vel quæstores vnam semis domum suā, quoad vixerint, habeāt hospitum onere liberatam. Hæredes verò eorum prædicti vnā ab hospitibus iure defendant. Comites autem domesticorum, & protectorum, & sacrarum largitionum, & rerum priuatarum, & vir spectabilis primicerius notariorum, singulas domos suas ab hospitum grauamine, dum viuunt, gaudeāt esse securas. Memorati verò hæredes eorū mediam partem vnius domus suæ sciant excusatione muniri: residuæ verò partis dimidiæ tertiam portionem hospitibus deputandam esse cognoscant. Si qui illustres honorarias dignitates quascunque sine actu cęlitus k impetrauerunt, æquo animo suas domos hospitibus post hanc legem pādant pro tertia quæ legibus p̄finita est portione: exceptis uidelicet ergasterijs l quæ in plateis, m uel angiportis esse noscunt: quod in oībus domibus quę hospitales sunt obseruari iubemus: ita vt nemo vel ex sacro rescripto uel ex diuina annotatione, seu pragmatica sanctione contrà hanc legem uti possit excusationis auxilio: n his omnibus quæ per hanc legem cōstituimus, in hac æterna urbe obseruandis.

Tribuni ex primicerio immunitatem habent ab hospite recipiendo in domibus quas tenent in urbe Constantinopolitana. Bar.

a OMnes. Metata. i. castra vel hospitia, vt postea exponit.

b Metatoribus. id est militibus.

c Vindicare. sic ff. quod quisque iu. l. ij.

d Cingulum. ad quod supra, vt dig. ordo se. l. ij. & in authen. vt ordi. præd. col. v. Item & facit j. l. proxi. §. si quis.

e Tertiæ. supra eodem l. ij.

f Priuilegijs. Not. eum carere priuilegijs legum, qui eas fraudare conatur. sic supra de Iudæ. l. Iudæos. & ff. de mino. l. auxilium. in fin. & facit. ff. de pœnis. le. quædam. & supra de episco. & cler. l. presbyteros. Sed argu. cō tra ff. de iud. l. properandum. vbi etiam contumaciter seruatur ius.

g HAc lege. Dignitatem. & sic habet duas. Accursius.

h Duarum. minus habet heres quàm defunctus. & sic est arg. contra. ff. de re. iudic. leg. heredem. Item not. priuilegiū transit ad superiores. quod dic vt j. de pro xi. sac. scri. l. in sacris. vel non sunt superiores, cū iam defuncti non sint.

i Semis. id est medietas, vt insti. de hę re. instit. §. hereditas. Alij ergo semisses p tertia præstabant hospitium: vt j. eod. §. comites.

k Cælitus. i. a principe: ad quod supra l. proxi.

l Ergasterijs. i. stationibus: vt j. eo. l. ij. §. ergasteria.

m Plateis. nā quasi omnia sunt in plateis, vel angiportu: quod expone vt ff. de verb. signi. l. portus. in fin.

n Auxilio. sic j. de pet. bon. sub. l. prima & ij. aliud si per leg. scriptam in corpore iuris: vt j. hac leg. & l. proxi.

IX. Imp. Zeno. A.

Decem a post primi cerium tribunos in domib. quas in hac regia vrbe possident, metatorum iussimus vacationē mereri.

* Deest constitutio Græca, ex prætermissis repetenda. *

TITVLVS XLII.

DE SALGAMO b hospitibus non præstando. †

I. Imp. Constantinus A.

Nequis comi c tum, vel tribunorum, aut præpositorum, aut militū noīe, salgami gratia culcitras, lignū, oleū a suis extorqueat hospitibus, sed nec volētibus hospitib. in pdictis specieb* aliqd auferat: e sed sint prouinciales nři ab hac pbitione securi: comitibus, tribunis, vel certè ppositis, militibusque graui vexationi subiacentibus.

TITVLVS XLIII.

DE COMMEATV.

Tempore expeditionis nullus militibus commeatum dare potest: contra faciens capite punitur. Bar.

I. Imp. Constan. & Constans AA. Leontio PP.

Ecui liceat præposito-rum vel tribunorum d cohortium, vel vicariorum & familiarium eorum tempore expeditionis quocunque genere cuiquam de militibus a castris atque signis, vel his etiam locis in quibus pertendant, discedendi commeatum dare. e Si quis vero contra hanc legē facere ausus fuerit, & militem contra interdi ctum commeatum dimiserit eo tempore in quo Barbarorum incursio exti terit, & tunc cum pſentes in castris atque apud signa milites esse debeant, quisquam absuerit: capite f vindicetur.

II. Impp. Gra. & Valē. & Theodo. AAA. Syagrio magistro officiorum.

Qvicunq; de scrinijs, aut agentibus in rebus, vel etiam ex officijs palatinis, his videlicet qui sacrarum g & priuatarum h remunerationum comitibus obsecundant, sex mensium spacium supra diem cōmeatus, vel iussionē euectionis absuerit: is in inferiorem locum, quinq; antelatis posterioribus, deuoluatur. Is verò qui anni vacationē arbitratu proprio, iudiciarij præcepti oblitus assumpserit, a decem post se militantibus transferatur: ac deinde cū iam aliquis desidia quadriennio officium proprium adire neglexerit, quadraginta de sequentibus post feratur. Qui vero nec post quadriē nij quidem tempus, i militantium non immerito matriculis auferatur.

Qui sine commeatu biennio, aut triennio, vel quadriēnio vacauerit, modo his inscripto punit. Bar.

III. Impp. Hono. & Theodo. AA. Hazloni comiti & magistro militum.

SI quis k sine cōmeatu aliquo annū in penatibus l proprijs, vel in quibuslibet locis desidiosa quiete trālegerit, decē sequētibus postponat. in quo vero biennalis culpa deprehendit, viginti sibi antepositos congemiscat: tertius autem annus triginta plātos iure deflebit: ita, vt quartus exempto m matriculæ nullam ueniam derelinquat.

TITVLVS XLIIII.

DE TYRONIbus. n

I. Impp. Valentinianus, & Theodosius AA. Modesto P. P.

a Decem. supra l. proxi.

b DE SALGAMO &c. Hoc expone vt j. leg. j. sed P. dixit, nomine salgami & oleum intelligas. gamos, i. mulier. sed scdm H. salgamum, id est culcitra: compositū a gamos & salica, vel saluo & gamos nuptiæ, vel mulier: quia maxime ppter talia fiunt culcitræ. & est neutri generis.

† pbēdo.

c Nequis. Auferat. i. accipiat: & hoc ad officium præsidis pertinet: vt ff. de offic. præsi. leg. illicitas. Et not. etiā a volente: quia semper præsumitur concussio. sic ꝫ. titu. j. le. deuotū. in fi. & ꝫ. de re mili. l. fi. §. vt autē. & de offi. procon. l. obseruare. & ꝫ. ne rust. ad vllum. l. ij. & ne quid a col. exi. l. j. & de rap. vir. l. j. & ꝫ. de ero. mili. an. l. j. & iij. Item sicuti salgamum hoc comprehendit: sic penus omne id quod esui & potui est destinatum: vt ff. de penu le. l. in princip.

DE COMMEATV.

d Ne cui. Tribunorū. nisi vsque ad triginta milites: vt ꝫ. de ero. mili. an. l. per hanc. §. vt autem. Vel hic barbari erant ppe, vt subijcit: ibi non.

e Dare. facit. ꝫ. de testa. mili. l. tribuni. & le. milites. & l. fin. in princip.

f Capite. sed qui in pace deserit militiam, perdit eam: vt ff. de re milit. le. non omnes. §. j. Et no punit licentiantem & licentiatum.

Licētians & licentiatus æque puniunt.

g Qvicunq;. Sacrarū. fiscalium.

h Priuatarum. principis.

i Tempus. subaudi vacauerit ad suum officium redire. & hi beas, militantiū nō immerito &c. habet tamen ratio temporis, & valetudinis: vt ff. de re mili. l. qui cō meatus. & facit ꝫ. le. proxi. cum suis cōco.

k SI quis. differt a præcedenti: qa hic sine commeatu: ibi sic.

l In penatibus. i. domibus proprijs: vt ꝫ. de exhib. l. ii. Accur.

m Exempto. aliàs exemplo. & augetur pœna, quia assueicit delictum. sic ꝫ. de domesti. l. iij. li aj. & de primicerio. l. fin. & de aduo. diuer. iu. l. finali. & de superexa. trj. l. j. & ꝫ. l. prox. Sed ar. contra. ff. de pœ. l. si diutino. & ff. de ritu nu. l. qui in prouincia. §. fin. sed vtrobique patet ratio.

Confutat do in deli uedo aggrauat pœnam.

Alias hec post quadri. g dé tēpus militauerit, nō &c.

n DE TYRONIBVS. Id est nouis militibus. quia adhuc non erant scripti inter milites fortissimos: vt ff. de milit. testa. l. ex eo.

Nullus

NVllus tyro vag⁹, [a] aut veteranus, [b] aut censibus [c] obnoxius, ad militiã accedat.

II. Impp. Grat. Valent. & Theodosius AAA.

QVisquis [d] alieni iuris mancipium in tyrocinio militiæ scribi curauerit: conuictus ac ꝓditus auri libram ęrario nostro cogatur inferre, mancipio scilicet domino (si factum ignorauerit [d]) reddendo.

III. Imp. Honorius A.

TYrones in scholis [e] loco semper posteriore ponantur. nec enim patimur quenquam celsiorem gradum obtinere, nisi cui & laborum assiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragantur.

TITVLVS XLV.

DE LITTORVM & itinerum custodia.

I. Imp. Hono. & Theod. AA. Eustathio P.P.

SAluberrima sanctione cẽsemus, ne merces illicitæ [f] ad nationes Barbaras deferantur: & quęcunque naues ex quolibet portu seu littore dimittuntur, nullam cõcussionem vel damna sustineant: [g] ita tamen vt earum naucleri deponãt in quã ꝓuinciã ituri sunt; vt hoc manifestato, nulla cõtra eos postea indignatio seu concussio quoquo modo procedat.

TITVLVS XLVI.

DE DESERTORIBUS & occultatoribus [h] eorum.

Recipiens scienter desertorẽ in agro vel in domo, si est actor vel procurator, capite punitur: sed domus vel prędiũ confiscatur: si ipsius est dominus. Item manifestans desertorẽ p̃miatur. Item desertor est, qui tẽpore belli se absentauit a signis. Item si seipsum prodiderit veniam meretur. Punitur verò desertor a pœna legibus statuta: quam si iudex dissimulauerit, vel gratia distulerit ipse punitur. Bar.

I. Imp. Gratia. Valentin. & Theodosius AAA. Syagrio P.P.

SI quis fortè desertorem agro tectoue susceperit, atque apud se diu passus fuerit delitescere: actor quidem uel procurator loci qui hoc sciens prudensque commiserit, capitali supplicio subiugetur: dominus uerò, si huius rei conscius fuerit: prędij in quo latuerit desertor, amissione [i] puniatur. Si quis autem desertorem prodiderit, [k] mediocris [l] loci in genuus imunitate [m] potiatur. Neq; solũ de his loquimur qui proxime signis felicibus applicati, militię rudimenta timuerunt: verumetiam qui stipendijs militaribus [n] degenerem latebrã ꝓbuisse monstrant. Desertor autem habebitur, quisquis belli tẽpore aberit a signis. [o] Horum qui sponte processerit: [p] peccati anterioris supplicium nõ timebit. Sin verò flagitiosa ignauia delitescat: per eum in cuius domo fuerit, inuigilantibus extrinsecus quoq; officijs publicis, vbicunque correptus, seueritati iudicis offeratur, degeneris mortis gladium subiturus. Sinautem rector prouincię propositam seueritatem uel gratia uel dissimulatione distulerit, patrimonij atque existimationis damno subijciatur: & in officij primores [q] capitaliter uindicetur.

---

a NVllus. Vagus. quia similiter debent stare in militia: vt C. de re milit. l. milites. Et sic est arg. ꝙ vagus scholaris nõ fiat magister.

Scholaris vagus nõ debet magister fieri.

b Veteranus. vel propter debilitatem: vel quia diu laborauit: vt C. de his qui non imple. sti. le. j. & ij. Accur.

Similis est cõstitutio li. 5 C. The. titu. 19. l. 2.

c Aut censibus. C. qui milit. non poss. l. j. & ij.

d QVisquis. Ignorauerit. facit C. qui milit. non poss. l. pe. & fi. & sup. de tabu. l. generali. & ff. de pub. l. cotem. §. dominus. & C. l. proxi. in fin. Accur.

e TYrones in scholis. & non dicas vbi addiscunt: quia ibi omnes sunt tyrones: vnde non esset post quos ponerentur. Sed dic ꝙ tyro electus inter milites stet loco posteriori in scholis; id est in societatibus militũ, seu in matricula: vt ff. de testa. milit. l. ex eo. & C. ut j. l. pe. & l. vlt. & sic bene sequitur, nec enim &c. & C. de offic. ma. offi. le. j. & ij. & de proxi. sac. scri. l. vnicuique. & de agen. in re. l. vnicuique. & fa. C. de di. off. & ap. l. j. & C. de of. co. res mil. l. j. & de profess. l. magistros. & ff. de al. seru. le. fin. Sed ar. contra. C. de offic. rect. prouinci. leg. potioris.

DE LITTORVM &c.

f SAlubertima. Illicitæ. vt victualia & arma. aliàs pœna capitis cum amissione bonorũ imponitur: vt C. quæ res expor. non de. le. j. & ij. & ff. de publi. l. cotem. in princip.

g Sustineant. sic C. de naucle. l. j.

h DE DESERtoribus &c.

☞ Desertores milites, occultatores priuatos vocat.

i SI quis. Amissione. sic C. de fa. mo. l. j. & de his q latio. vel ali. l. ij. & de ca. & postli. re. l. fi. & de incest. nupt. le. iij.

k Prodiderit. id est manifestauerit. Acc.

l Mediocris. id est homo pauper. sic ecõtrario honesti loci dicitur: vt ff. de transact. leg. cum hi. §. si in annos.

m Immunitate. manentem forte. tertius vero sic libet: vt C. ꝑ qui. cau. ser. pro præ. ac. lib. l. fi. & facit in authen. de non alie. §. fi. & C. de episcop. & cler. l. nulli. in fi. & C. loc. & condu. l. fi.

n Militaribus. licet non sint proxime applicati.

o A signis. alibi largius: vt ff. de re milita. l. iij. §. emansor.

p Processerit. id est qui se prodiderit antequam ab alio manifestetur. sic sup. de pœ. iu. qui ma. iud. in auth. nouo iure.

q In officij primores. id est in officiales præsidis. Et not. contra præsidem, & officiales, qui pœnas legibus impositas, vel gratia vel dissimula-

Pœnæ legũ differri nõ debet.

simulatiōe differūt, ecundum Al.

a SI desertores. Opprimantur. vt ī. quando li. vnicui. 6. in. se vin. l. j. §. j.

b Tractoriarum l. absentiatum, vel licentiationum. ad qđ ĵ. de tract. l. j.

DE VETERANIS.

c Cvm introisset principia. sei licet numerorum.

'Salutare principē cuiq; non licet.

d Salutatus. Nota q non licet cuilibet salutare principem. vt ī. de silen. l. j. & facit supra de senten. pas. l. j.

e Indica quæ sunt. Not. benignam respōsionem. sic ī. de transac. l. vt responsum.

f Magnificentia. ablatiui casus.

g Ciuili. s. personali, vt ĵ. in fi. sed patrimoniale ordinariū subeunt sic ff. de priuil. vete. l. iij & iiij.

h Collatione. extra ordinaria in ordinarijs enī secus, vt dixi.

i Obvenditionem. hoc est vt aliquid dent pro loco vbi tenent pergulā. ad qđ est ī. de nundi. l. j.

k Deportatorio. deportatorium dicitur onus quod redemptor pontis a transeuntibus pro onere vehendo exigebat, vt innuitur. ff. loca. l. cū plures. §. vehiculum. & de ver. sig. l. in lege. Accur.

†In nonnullis codic. sic incipit hæc l. Imperator Constantinus cū introisset principia, & salutatus esset a præfectis & tribunis, & a viris eminentissimis acclamatum esset Auguste &c. recte. Contius.

l PRouidendum. Cumulati. qa facti sunt protectores. ad quod ī. de dome. & prote. l. 4.

m VEterani. Nec rus colunt. Not. milites veteranos rus colere. Sed contra supra de mā. da & col. pa. l. fin. sed ibi nō colunt vt sint adscriptitij.

n Exuti. vt supra de dig. l. iudices. & facit. ī. de circen. l. iij. & de epis. & ele. l. generaliter. magis enim pœna sunt digni. &c. vt supra de episc. & elec. l. presbyteri. Accursius.

Nullus.

Desertor inuentus resistēs, ut rebellis opprimitur. Item diligens debet esse iudex, ne sub pretextu alicuius licentiæ desertor possit euadere. h. d. Barto.

II. Imppp. Arc. Theo. & Hon. AAA. Adriano PP.

SI desertores inuenti, resisteudum, atque armis oppugnandum putauerint: tanquam rebelles ī ipsis temeritatis suę conatibus opprimant: [a] ita tamen vt ꝓuinciarum iudices sollicita cautione disquirant, ne sub falsarū tractoriarū [b] nomine desertionis suæ crimen defendere moliant: nec suppositis & commentitijs epistolis euadēdi habeāt facultatem.

III. IidēAA. Lōgino PP.

QVi relictis militaribus castris, se ad deprædationem vel latrocinium contulerint, seueritatē iudicis non euadant.

TITVLVS XLVII.

DE VETERANIS.

Veterani gaudent priuilegijs hic insertis. Bar.

I. Imp. Constantinus A.

CVm † itroissent [c] principia, & salutatus [d] esset a præfectis, & tribunis, & viris eminentissimis, acclamatū est: Auguste Constantine, Deus te nobis seruet, vr̄a salus, nr̄a salus. uere dicim⁹ iurati dicim⁹. Adunati veterani exclamauerūt. Cōstantine Auguste, quo nos veterāos factos, si nullā indulgentiam habemus? Constantinus Augustus dixit: Magis magisque conueteranis meis beatitudinem augere debeo quàm minuere. Victorinus veteranus dixit: Muneribus & oneribus vniuersis locis conueniri non sinamur. Constantinus Augustus dixit: Apertius indica quæ sunt [e] maxima munera quævos contumaciter grauant. Vniuersi veterani dixerunt: Ipse perspicis: Constantinus Augustus dixit: Iam nunc magnificentia [f] mea omnibus veteranis id esse concessum perspicuum sit, ne quis eorum in vllo munere ciuili, [g] nec in operibus publicis conueniatur, nec ulla collatione, [h] nec a magistratibus, nec uectigalibus, in quibuscunque nundinis interfuerint, vllam ob venditionem [i] proponendam dare debebunt. Publicani quoque (vt adsolent agētibus supplere) ab eisdem veteranis amoueantur: quiete post labores suos perēniter perfruantur. Fisco quoque nostro eadē epistola interdicimus, ut nullum omnino ex his inquietet: sed liceat eis emere & uendere, optimis negotijs pecuniam tractare, & mercimonia agitare: nec solum integra beneficia eorū sub sęculi nostri otio, & pace pfruant, sed & nullo munere ciuili, i. corporali seu psonali vel deportatorio [k] onere eos affici concedimus. Dat. Kalend. Mart. ciuitate Belouocorum. Constantino A. VI. & Constantio Cæs. Coss.

Veteranus factus protector nullis iniurijs est pulsandus: contrafaciens est secundum qualitatem facti puniendus per rectorem prouinciæ, Bart.

II. Idem A. Maximo.

PRouidendum est ne veterani q ꝓtectoria dignitate cumulati, [l] aut honores varios ꝓ meritis suis consecuti sunt, incongruis pulsentur iniurijs. quòd si quis i hoc crimine fuerit dephensus: rectores ꝓuinciarum ꝓiurisdictione sua examinantes factum, pro sui qualitate eos coerceant.

Veteranus, qui se latrocinio dedit, priuilegijs nudatus, competentibus pœnis a rectore prouinciæ punitur. Bartolus.

III. Idem A Euagrio P.V.

VEterani: qui ex negligentia vitæ nec rus colunt, [m] nec aliquid honestū peragunt, sed latrocinijs se se dederunt: oībus veteranorum priuilegiis exuti, [n] pœnis competentibus a prouinciarum rectoribus subijciantur.

Veteranus effectus, inuitus vel nolens nō militat: & sententia contra eu lata tali ordine nō seruato non valet: nisi dum ipse militabat, quæstio in cognitione esset deducta. quia tunc ibi finitur

licet veteranus sit effectus, nisi speciali priuilegio sit indultum sibi contrarium. Barto.

III. Impp. Honorius, & Theodosius AA.

NVllus eorum qui sacramentis inhærere desierit, vel volens permittatur, vel inuitus militare cogatur, seu stare iudicũ sententiis: q̃ non his obseruatis latæ fuerint, nullã firmitatẽ habentib. nisi forte reperiatur ibi tẽpore militię cœpta a cognitio. tũc enim velut necdũ cingulo deposito, sub militari iudice rem tractari finirique præcipimus, nisi principali beneficio specialiter indulto qdã ex his sese defendãt.

TITVLVS XLVIII.

DE FILIIS OFFIcialium militarium qui in bello moriuntur. b

I. Imp. Cõst. A. Euagrio.

HI qui ex officialibus quorumcunque officiorum c geniti sunt, siue eorundem parentes adhuc sacramento teneantur, siue iã dimissi sunt, d in parentum militiam vocentur.

II. Impp. Grat. Valẽtin. & Theodosius AAA.

FIlios e primipilariorum paternam sequi conditionem oportet.

• Deest cõstitutio Gręca, ex p̃termissis inserẽda. •

TITVLVS XLIX.

DE OBLATIONE votorum. †

I. Impp. Arca. & Hono. AA. Basilio P.V.

QVando votis f cõibus felix ann⁹ aperit, in vna libra auri, g & solidis obrizatis principibus offerẽdi deuotionẽ sio libenti suscipimus: ita tuẽtes, vt deinceps sequẽtibus annis vniuscuiusq; sedulitas principib. suis talia iferat sem p. & deferat.

TITVLVS L.

DE NVMERARIIS, actuarijs, & chartularijs, & adiutoribus, scriniarijs, & exceptoribus sedis excelsę, † cęterorumque iudicum tam militarium, quàm ciuilium.

Numerarij seruientes rectoribus in diuersis obsequijs, tormentis & lacerationibus puniuntur.

I. Imp. Cõstã. A. ad Veronicianũ Vic. Asię.

VOrax h & fraudulentum numerariorum propositum, q diuersis obsequijs rectoribus obsequuntur, ita inhibendũ est, vt antea sanciuimus, & nunc itidem sancimus i conditioni eos subdi tormentorum, & eculeis atque lacerationibus subiacere.

Numerarij consularium, q hodie tabularij appellan̄t, tormentis subijciuntur, nisi iudicibus, vel alijs ad prouinciam per principem destinatis nomẽ debitorum sub actorum testificatione monstrauerint, vt eis indicantibus omnes fisci debitores ad solutionem compellantur: tempusq; tabulariorum triennio concluditur. Bart.

II. Impp. Valent. & Valens AA. Clearcho.

QVi numerarij appellari consueuerant consularium atq; p̃sidum, dumtaxat tabularij post hanc nr̃am sanctionẽ vocabuntur: k scientes se tormentis esse subiectos, nisi iudicibus, vel his qui prouecti nostro iudicio ad p̃uincias venerint, vel exactoribus debitorum aut reliquorum nomen & modum frequenter ingesserint sub actorũ testificatione: l quos scire oportet, cũ his q debitores sunt, sese ad solutionẽ esse retinendos, nisi omnia debita ipsis fuerint indicantibus persoluta. m triẽnij n tñ spacio tabulariorum decet tẽpus omne concludi.

Tabularius præfecti prætorio cingulum & ordinem militiæ retinet. Barto.

IIII. Iidem AA. Rufino PP.

NVmerarios o amplissimę tuæ sedis cingulum habere, & militię ordinem tenere iubemus.

In omni prouincia duo numerarij & tabularij collocantur, vnus ad ratiocinium arcæ fiscalis, alius super titulis largitionalibus, nullusq; alterius officio se immisceat. Bart.

a NVllus. Coepta. vt ff. de iur. om. iud. l. cũ qdam. & de iudi. l. si qs postea. & l. vbi & ff. vbi decu. con. l. fi.

b DE FILIIS offi. mili. &c. Quæ officia militaria sunt: vt ex superioribus titu. patet.

c HI qui. officiorũ. militarid, vt ex rubri. patet.

d Sunt. enim filij vocentur. q. d. non in aliam militiam. ad quod concor. ff. de tab. l. fi. & j. l. proxi. non enim debent diuidi familiæ, vt ff. com. vtri. iudi. l. possessionũ. sed vbi est emolumentũ, præfertur filius omnib. alijs, vt ff. de procura. sacro. scri. l. vnicuique. §. j.

e FIlios. ff. l. proxi. cum suis concordan.

f DE OBLATIONE votorum. QVando. votis. i. voluntati donaldi principibus annus aperitur. Accur.

g In vna libra auri. donum erat in libra auri per obolos puri auri quod vocatur obryzatum vt ff. de veto. nu. po l. j. & fin Et not q qui donat, de melioribus rebus debet dare.

DE NVMERArijs, act. &c.

h VOrax. sic supra ne liceat. po. l. ij.

i Sancimus. in quadam. q uam non habemus. & facit. ff. de decurio. le. quilibet.

k QVi numerarij. Vocabũtur. Not. mutari nomen. sic in authen. vt iudi. sine quoq; suf. §. illud.

l Testificatione. sic ff. de app. leg. præcipimus. § in his autem omnibus.

Al. de obseruatióe voto rũ, alias de obligatione.

Mutatio nois est g mifla.

m Persoluta prædictorum desidia. quasi, litem suam quodammodo faciant vt iudex: vt insti. de obli. quæ ex quasi deli. in prin.

n Triennij. Not. officium tabularij triẽnio durare.

o NVmerarios amplissimæ tuæ sedis. præfecto prætorio loquitur.

† excelsæ. i. prætorianæ.

In pro

IIII. Impp. Grat. Valent. & Theo. AAA. omnibus rectoribus prouinciarū.

IN prouinciis singulis duo numerarij, qui & tabularij, a collocentur. b quò ad c ad vnum fiscalis d arcæ ratiociniū, ad alterū largitionales e pertinere tituli iubeantur: hoc sciturì, quod si ex alteri⁹ qcquā actibus ad alteram partē illicita fuerit vsurpatione translatum: f is qui culpam iudicis dissimulatione texerit, grauissimo sit supplicio subiugandus.

Licet scriptor alicui iudici obsequēs efficiatur decurio, nō desinit esse scriptor: & agnoscere debet munera ciuitatis, & peracto officio ad propriam curiam redit. Bart.

V. Iidem AAA. Principio P.P.

EXceptores g omnes iudicibus prouincialibus obsequētes, qui nec cohortalē militiam sustinere videntur, neque a fisco vllas consequuntur annonas, absque metu dare cœptis operam, etiam si decuriones sint, minimè prohibemus: h dūmodo munera i propriæ ciuitatis agnoscant, & peracto secundum morem exceptionis officio, ad propriam sibi curiā k redeundū esse non nesciant.

Numerarij a communione actuariorum abstinere debent. Bart.

VI. Impp. Arcad. & Honor. AA. Seuero P.V.

NE diutius ad cunctorum perniciē actuarij l numerariorū consortijs adiuuentur, illustris auctoritas tua m cūctos ex numerarijs actuariorū societate præcipiat abstinere, atque ab eorum cōmunione discedere. qd si hoc moniti n custodire neglexerint, hisdem pœnis se quibus actuarios, nō ambigāt subiacere. o

Actuarij secundū consuetudinē antiquam sunt ordinandi: & si aliter factum fuerit, factū ab eis non valet: & ipse faciens punitur.

VII. Impp. Theo. & Valentinia. AA. Hiero P.V.

ACtuarios p tā classium vrbis Constantinopolitanæ, quàm Thymelæ, q equorumque curialium ciuitatum diuersarum, r non aliter nisi s (vt consueuerat) manus sanxerit principalis, sublimitas tua t præcipiat ordinari. quod si quis talis sub tua fuerit indicatiōe conuictus: profectò irritis his quæ vetita contrectauerit, u etiā congruā indignationem incurrat.

Scriniarij vel numerarij nō possunt a præfecto prætorio pecuniā sumere mutuō: vel aliquid pro expensis publicis alicui promittere. Bar.

VIII. Iidem AA. Protogeni PP.

SCriniarios vel numerarios officij magnitudinis x tuæ iubemus nullatenus in posterum aut mutuam pecuniā sumere, y aut polliceri cuiquam pro publicis expensis cogi: z quos nullam post depositā militiā iquietudinē sustinere volum⁹. a

Nullus in numero militum numeratus actuarius fieri potest, nec actuarius officio deposito ad aliquam militiam aspirare potest. Bartolus.

IX. Imp. Leo Iun. & Zeno AA.

NEmini b licere deinceps iubemus in quacunque militia connumerato, solicitudinem actuarij subire: uel post depositam eandem curam ad militiam adspirare: quatenus inter priuatos agens, omnique militari priuilegio denudatus,

a IN prouinciis. Tabularij. s. vocantur, vt s. eod. l. ij.
b Collocentur. vt s. de suscep. le. duos.
c Quo ad. aliàs quo pro vt, aliàs quò pro quia.
d Fiscalis. fiscalis autem arca dicitur, quia a principio consuetudo fuit populi Romani, vt pecuniā quam ex tributis percipiebant, in marsupium ab initio reponerent: sed si marsupium nō sufficeret, ad fiscum, id est ad saccum deuenirent. Hoc idem in principe fuit, vt primo in bursa, deinde ad fiscum deuenirent, id est ad saccum, & sic quandoque ratio fiscalis dicitur ratio imperatoris. postea cum nec fiscus sufficeret, ad domum deuentum est, quæ vocatur ærarium, eo quod æs ibi reponebatur. Aeris vero appellatione forte tunc temporis omnis pecunia continebatur: & sic populus Romanus auctus est.

Aeris appellatiōe ois pecunia continetur.

e Largitionales. i. qui ipsi principi largiuntur, seu ... vt s. d... lar. tit. ... & ... j.
f Translatum. sic s. de ... & ... exact. l. ij. Et nota inferiorē deb... accusare superiorem. Accursius.

Superiorē debet accusare inferior.

g EXceptores. i. scriptores. ff. vt ff. loc. l. sed addes. §. hna.
h Prohibemus. si qs ex scriptore fit decurio. remanet scriptor. idem in notario, vt s. de fal. l. si quis decurio. sed non de nouo, vt s. de decu. l. vniuersos.
i Munera. q decurionibus imminent.
k Curiam. i. officiū decurionum. & facit s. de adsel. l. vlt. & C. de aduoc. diuer. iud. leg. ij.
l NE diutius. Actuarij. qui recipiunt pecunias publicas: vt s. de er. mi. an. l. actuarij. numerarij enim scientes de abaco, docēt sacere Trebellianum: vnde non debent eis sociari. vt j. eo. l. nulli. & j. de diuer. offi. le. in his. & facit supra de paganis. l. j.
m Auctoritas tua. loquitur præfe. vrb. Accursius.
n Moniti. numerarij.
o Subiacere. forte extra ordinem: vt d. l. in his.
p ACtuarios. expone vt sup. leg. proxi.
q Thymelę. id est scenæ vbi histriones ludunt.
r Diuersarum. s. actuarios.
s Nisi. accipe manus &c. Accur.
t Sublimitas tua. loquitur præfecto prætorio.
u Contrectauerit. Not. non valere quæ fiunt a non iure electo. arg. contra. ff. de offic. præto. leg. Barbarius.
x SCriniarios. Tuę magnitudinis. loquitur præfecto prætorio.
y Sumere. sic s. si certum pet. l. cos & ff. si certum peta. le. præsidis.
z Cogi. s. scriniarios. Accur.
a Volumus. sic s. de adm. tut. l. cum quædam.
b NEmini. sic supra de epis. & cler. l. officiales. & arg. s. de agen. in re. l fi. §. fideiussores.

Nulli.

nihil nundinationis vel fraudis circa cōmēdanda ratiocinia qbus obnoxius est, attentare valeat.

Scriniarij adiutores nō debent sociari numerarijs & chartularijs, nisi secundū modum hic declaratum. Item numerarijs ī pūncijs hic descriptis adiunguntur scriniarij adiutores ordine hic declarato. Item adiutoribus & tractatoribus, incumbit necessitas scribendi praecepta & commonitiones & euectiones, quae fiunt prouincialibus & scriptura sine forma praedicta facta praesumitur falsa & contra facientes poenis hic declaratis puniuntur Bartolus.

X. Imp. Zeno A. PF.

NVlli scriniario liceat pro tempore numerarios plus quam quaternis vicibus, nec his tñ continuandis, adiuuare. [a] Idemque hoc super chartularijs [b] in pbenda pro tempore numerarijs opera obseruari decernimus, ita vt adiutorum [c] quidem biennij, chartulariorum verò vnius anni interuallo cōtinuatio interrumpatur: nulla [d] adiutoribus ad chartulariorū solicitudinem quā semel dedignati sunt, descendēdi danda licentia: ita vt Orientalis quidē tractus pro tempore numerarijs non nisi ab his scriniarijs qui inter triginta viros a numerario retro numerandos, Asianae verò dioeceseos numerarijs non nisi ab his qui intra qnquaginta a numerario similiter retro numerandos inueniūtur, Ponticae vero & Thraciae dioeceseos passim, & pro suo libito ex omni multitudine eligendorum adiutorum tribuatur facultas. Omnia sanè commonitoria, vel praeceptiões, aut euectiões, seu quaelibet publica instrumenta non solum adiutoribus, verumetiam prouinciae illius de qua disponitur tractatori inspiciendi, itidemque subscribendi, aliorum quoque qui vnà cum eo tractant, in eadem suscriptione mentione habenda, necessitatem incumbere. Si quid autē sine hac obseruatione ex Orientali, vel Asiano, uel Thraciano scrinio fuerit emissum, falsi suspicione non careat: exceptis publicis instrumentis quae a scrinio Ponticae dioeceseos emittuntur, quòd in ijsdem instrumentis solum numerarium eiusdem dioeceseos eiusque adiutorem & chartularium subscribere magnitudo tua disposuit: ita vt si quid huius legis fuerit violatum, numerarij quidem tam gradus sui quàm solēnitatum seu solatiorum vniuersi vnius anni iacturam: adiutores verò quinquaginta librarum auri, & chartularij quindecim itidem librarū auri poenam subeant.

Officium actuarij, quod olim durabat biennio, hodie concluditur anno. Bar.

XI. Iidem A. Cotoni magistro militum.

OFficio tuae magnitudinis [e] datis precibus, [f] postulante, vt numerariorū actus non in biennium, sed in vnum annum statuatur: [g] nostra pietas huiusmodi petitionibus annuens, [h] dispositionem quae super biennio promulgata [i] fuerat, super vno tantummodo anno reuocauit.

Officiales praefecti praetorio Illyriciano si dignitatem comitiuam adipiscuntur, profertur sententia interlocutoria seu decretum electionis. Et illud eis dari debet, quod ante hanc legem dabatur, cum officio praedicto deposito eligebantur praetoriani tribuni. Bartolus.

XII. Imperator Anastasius A. [a] P. P. Illyrici.

PEr hanc diuinam pragmaticam sanctionem decernimus, quod antea tribunis praetorianis, dum dignitas eis qui in scrinijs seu gradibus officij tuae celsitudinis [l] deponunt militiam, praebebatur, & custoditum fuisse dignoscitur, hoc super honore quoque comitiuae dignitatis

[a] NVlli. Adiuuare. propter timorem rationis corrumpendae, & corruptibiliter nouādę.
[b] Chartularijs. chartularij sunt scriptores qui non sunt scriniarij, id est notarij, vel id est qui non praesunt scrinijs.
[c] Adiutorum. i. scriniariorum.
[d] Nulla. Not. ascēdendum ad dignitates per gradus, non descendendum, vt ff. quemadmo. ciu. mu. indi. le. maioribus. & ff. de mun. & hon. l. vt gradatim.
[e] OFficio tuae magnitudinis. loquitur magistro militum officiorum.
[f] Precibus. scilicet porrectis.
[g] Statuatur. id est statueremus, quod & fecimus tunc.
[h] Annuens. scilicet tunc.
[i] Promulgata. ad postulationem tui officij.
[k] Reuocauit. scilicet tunc, vel postea. & sic nunc reuocamus quod tunc concessimus ad petitionem officij tui. sed quanto tempore durabunt? Respond. triennio forte, vt supra. eo l. ij. in fi. Vel aliter expone legem: quia statuerat vt per biennium duraret, nunc remouet quod est vltra annum ad petitionem tui officij. ad quod sup. de prox. sacro. scri. leg. pro biennio.
[l] PEr hanc. Tuae celsitudinis. loquitur praefecto praetorio Illyrici. nam eius officiales deponebant officiū, & fiebant tribuni praetoriani ascendendo ad maiorem dignitatem, vt sup. le. nulli & tunc proferebatur quaedam interlocutoria, seu decretum electionis, & aliquid ei dabatur. hic ergo statuit idem seruari in

illis qui eliguntur ad comitiuam de dictis officialibus.

De cus-

eis impertiri: vt sententia pro fine eorum militiæ ꝑferenda, dignitatis etiam mentionē contineat. Hoc quoq; tantummodo, & si ne speciali codicillorum vel diuinorum apicū sanctione ad eandem dignitatem adipiscendā, & priuilegia eam sequentia sufficiat: ita tamen vt primiordinis comitiuam ꝑ inter locutionem eiusdem potestatis mereant hi, id est cornicularius, & chartularius, & primiscrinius, & numerarius scrinii Macedoniæ, & scrinij Daciæ, & scrinij operum, & scrinij auri. Hoc eodem in his etiam qui post nouellam dispositionem duæ memoriæ Zenonis quæ de eisdem pœnis loquiť, & de eisdem personis, deposuerunt militiam, obtinente.

TITVLVS LI.

DE CVRSV † PV blico, [a] & angarijs, & parangarijs.

I. Imp. Cōstā. A. Titiano.

Quos q publico cursui deputati sunt, non lignis vel fustibus, sed flagellis tantummodo agitari decernimus: [b] pœna non desutura contra eum qui aliter fecerit.

Præsides & rationales, qui bus per rempublicam annonæ subministrantur pro pecoribus gubernandis, vsurpare nō possunt bubulcos. Item nullus cum annona aliam viam debet tenere, nisi per cursum publicum. quo proficiscendi licētia est concessa. Bart.

II. Idē A. Acyndino P.P.

Præsidibus, & rationalibus, cęterisque quibus propterea respublica & annonas & alimenta pecoribus [c] subministrat. vsurpandi parauered [d] licentia derogetur. [e] Sed nec ꝑ aliā viā eundi quisquam habeat facultatē, nisi ꝑ quā cursus publicus stare dignosciť: [f] excepta videlicet tua sublimissima sede, cui cursus publicus, & proficiscendi ꝑ eum licentia, & vbi ratio exegerit præst. [h]

Nullus iudex, vel custos publici cursus pati debet ꝑ publicum cursum aliquē ire: nisi vadens primò seriē suę euectionis ostendat, & volens resistere, aut vltra tempus vehere si repertus fuerit, retinebitur. Bar.

III. Imp. Constantinus A. Tauro P.P.

Evectiones ab omnibus [i] postulentur, & tam iudices quàm custodes [k] publici cursus minimè transire patiantur ante quam seriem euectionis aspexerint. Quòd si quis putauerit resistēdum, & sine euectio ne iter facere detegitur, vel vltra tempus quod euectioni insertum [l] est, publico cursu vti conatus sit: vbi repertus [m] fuerit, ibidem iubemus retineri: & si quidem dignitate præditus sit, de eius nomine ad prouidentiam tuam, [n] & ad illustrem virum comitem, & magistrum officiorum referri: aduersus verò cęteros protinus [o] indigna tio competens exercenda est, quos sinceritas tua pro loco graduque militiæ [p] ibidem coerceri posse crediderit.

Parhippus appellatur, qui licentiam habens de duobus vehendis, tertium vehit, aut euectionem extra ordinem facit. Si autem secundum licentiā sibi datam quis vehit, non debet delictum reputari, sine euectionem faciat euectioni præpositus, sine mulio. Barto.

IIII. Imp. Iulianus A.

Parhippum † eū videri, & habendum esse, qui vsurpato vno vel duobus veredis, [q] quos solos euectio continebat, alterum tertiumve [r] extra ordinem commoueat. Nihil autē interesse debet, nec ad crimen vocari, vtrū agens in rebus suo itineri, an [s] mulionis subiugando modo euectio nis datæ formæ licentiam non excedat.

[a] DE CVRSV publico &c. Quandoq. ponitur cursus ꝑ officio currendi: quandoq; ꝑ loco per quem curritur, scdm H. vt ī. le. ij. erant enim quidā officiales ꝑ præterāt officio, vt facerent conduci militibus annonā & arma in plaustris quæ ducebant cum equis, vel in ipsis equis ī. eo. l. cursum. & ī. de fabricen. l. fi. §. quoties.

[b] Quos. Decernim⁹. sic ff. ad Silla. leg. j. §. impuberi.

[c] Præsidibus. Pecoribus. sub. pro.

[d] Vsurpandi parauererdi, i. quadrigarij. & dicitur a para, quod est iuxta, veredo, i. equo ducente rhedā. a veho & rheda, secundum A. & sic bubulci vel aurigæ dicuntur. Accur.

[e] Derogetur. id est denegetur.

[f] Dignoscitur. vt ī. eo. l. si quis. & ff. de re. di. l. fin.

[g] Tua. loqtur præfecto prætorio.

[h] Præsto est. id est concessa est, vel præstita: vt ī. eo. l. iudicibus. & loquitur præfecto prętorio. vel est aduerbium tēporis: id est præsentaliter concessa.

[i] Evectiones ab omnibus. s. prouincialibus, nisi speciali lege excusentur, vt ī. e. l. cursum.

[k] Custodes. Vt sunt agentes in rebus, vt ī. de decurio. lege. ij. & l. fina.

[l] Insertum. sic ff. ex qui. cau. maio. l. si eus. §. si.

[m] Vbi repertus. aliàs reperit. sic ff. de offic. præsi. l. iij.

[n] Prouidentiam tuam. loquitur præfecto prætorio.

[o] Protinus. facit ī. de deserto l. ij.

[p] Militiæ. sic ff. de de offi. præsi. l. iij.

[q] Parhippum. Veredis. expone vt ī. leg. ij. vel ꝓm P. veredus dicitur cursus, a veho & rheda. inde dicitur veredus, id est vehens rhedam.

[r] Tertiumve. aliàs tertiumve: aliàs tertium vel &c & dicas agens in rebus qui præest euectionibus, vt ī. eo. l. euectiones.

[s] An. aliàs necne, aliàs an ne.

Si quis

Paraueredus qd sit.

† de cursu, publico multa Alci. hic non aspernāda. itidē & Budeus i an no. poste. ad Pandectas.

† Vide Cassiodorū li. 4. & 5. Variar. epistol. 4.

V. Imp. Val. & Valés AA.

SI quis per publicum cursum [a] iter faciẽs, cuiuscunq; dignitatis, vel militiæ, ab itinere recto diuerterit, pœna in eum competens [b] proferaᵗ.

Senatus habet potestatem euectionis, cum ad principẽ vadis: vehens verò contra publicũ cursum, pœna hic inserta punitur. Bart.

VI. Iidem AA. Grati. A.

EVectionum copiam senatui [c] cum proficiscendi ad nos necessitas fuerit, serenitas nostra largita est: ita tñ, cũ aut a nobis euocatur, aut a clementiæ nostræ veneratione discedit. [d] Si quis ergo posthac contra uetitũ [e] sibi cursũ publicũ illicita temeritate p̃sumpserit, motum in se nostræ mansuetudinis excitabit.

Stabula prouincialium nõ debent fieri sumptu publico: sed expensis prouincialium: pro quibus habebunt animalium stercus. Bart.

VII. Iidem AAA.

IN omnibus prouincijs veredorũ quarta pars [f] reparetᵗ. stabula autẽ ut ĩpẽsis publicis [g] extruantur, contra rationem est: cum prouincialium sumptu, in quorum locis stabula cõstituta sunt, citius arbitremur apparanda, & vtilius eam publico, quã his, quos stercus animalium pro suo solatio [h] habere concedimus.

VIII. Imppp. Val. Gra. & Valẽs AAA. Floro C. R. P.

VT agẽdi itineris possit esse moderatio, deni veredi [i] per dies singulos [k] ex vtraq; parte [l] dimittantur: [m] pœna quinq; librarum auri minimè defutura contra eos, qui statuta nostra neglexerint.

Faciendæ euectionis copia oĩbus iudicibus deneges, excepto p̃fecto p̃torio, & officiorũ magistro: nisi ad transmittendas publicas functiones euectionem faciant. Bar.

IX. Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. [*] PP.

IVdicibus [n] faciendę euectionis copiã denegamus: cum id tantum nostro numini, & tuæ sedi, necnõ viro illustri magistro officiorum sit reseruandum: [o] cum neque præfecto vrbi, nec ducib. nec vicarijs, nec cuiquam alij præter memoratas duas potestates a nobis hoc concessũ sit. His enim tantum ambulandi facultatem iudices [p] ex suo arbitrio præbituri sunt, quos in transmissionem publicarum functionum persecutores viderint constitutos: [q] sciturі, si definitionem nostram excesserint, se quidem vigintiquinque auri libris, officia verò quinquaginta esse multandos.

Super animalibus publicis ad euectiõem cursui publici deputatis, nullus contractus locationis ẽt ad vecturam emptionis tenet. Bar.

X. Iidem AAA. Philagio.

GRauissimæ pœnæ accerbitate proposita, euectionum contractus, [r] animalium quoque publicorum merces, [s] & ementis & distrahentis coercitione prohibemus.

XI. Iidem AAA. Cynegio

NVllus euectione vtatur priuatus, [t] tametsi valuerit impetrare.

XII. Imppp. Valenti. Theodosius, & Arcadius AAA. Cynegio.

QVoniam veredorum [v] quoque cura pari ratione tractanda est: sexaginta libras auri sella cum frenis, sexaginta itidem auerta [x] non transeat: [y] ea conditione, vt si quis præscripta moderaminis imperatorij libramenta transcenderit, eius sella in frusta cædatur: auerta verò fisci iuribus deputetur, exceptis auri centenarijs, [z] † quæ necessarium est ab hippocomis in solitis sacculis [a] reportari.

† Ornamẽta etiã ceterorũ auertis applicata.

[a] SI quis per publicũ cursum. expone vt in rubr. & facit. ĩ. eo. l. ij. & iiij. §. j. & est ratio vt tollatᵗ copia se furandi.

[b] Competens. i. arbitraria. ff. de pœ. le. sanctio.

[c] EVectionum copiam senatui. quia pacificatus p̃um erpi.

[d] Discedit. sic ĩ. de decu. leg. si quis decurio.

[e] Vetitum. omnibus est vetitum, nisi certis: vt j. eod. l. iudicibus.

[f] IN omnibus Quarta pars. i. non omnes simul, sed separatim. & expone veredorum. vt ĩ. l. parhippum.

[g] Publicis. sic ĩ. de oper. pu. l. certes.

[h] Solatio. id est stallatico.

[i] VT agendi. Deni veredi. i. xx. vt ff. de leg. j. le. si quis testamento.

[k] Per singulos dies. vt non sese inuicem impediant.

[l] Ex vtraque parte. scilicet mittentium, & remittentium. ad quod j. e. l. fin.

[m] Dimittantur. i. mittantur & remittantur.

[n] IVdicibus. i. alij magistratus quã inferiores non debent de publico habere euectiones, sed accipiant ad vecturã.

[o] Reseruandum. & senatui: vt ĩ. eo. le. euectionum.

[p] Iudices. qui præsunt mittendis, & agentes in rebus: vt ĩ. eo. l. iij.

[q] Constitutos. i. deputatos in quarta veredorum: vt ĩ. leg. in omnibus. nõ autem alium pro alio: quia tunc esset parhippũ.

[r] GRauissimæ. Contractus. id est rerum quæ vehuntur. quod dic vt ĩ. de nauicu. l. pen. & quæ res ven. non pos. leg. iij.

[s] Merces. quia locant alicui ad vecturam animalia publica cursui deputata.

[t] NVllus. Priuatus. quinimo nec magistratus, nisi dun: vt j. eodem. leg. iudicibus.

[v] QVoniam. Veredorum. expone vt ĩ. eod. l. ij.

[x] Auerta. id est pectorale equorum.

[y] Non transeat. s. sella & auerta.

[z] Auri centenarijs. aliàs aurigenarijs: aliàs auri centenarijs.

[a] Sacculis. sitie sella aliqua forte. & quod dicit hippocomos, expone vt j. leg. proxi.

Non

Non patimur. hippocomos. hippocomus, equiso seu equorum curator: a græco verbo hippocomeo, id est equos curo.
Veredarij. i. docentes equos. alibi pro ipsis equis: vt not. C. eod. l. ij.
Saga eorum. hoc sagum sagi, vestis tenuis & abrasa, secundum Hug.
Notam. i. infamiam, vt C. de dig. l. ij. vel secundum P. id est bullam singulis manibus eorum impressam. vt C. de aquæduc. l. decernimus. & de fabric. l. stigmata.
Publici. No cõsuetudinem C. eo. l. cursum & ff. de testi. l. ij. §. fi.
Committi. vt faciant onerari plaustra.
Excipiunt. id est accipiunt.
Si quis. s. officialis. Accursi.
Mutatione. Mittit equos non mittendos, & releuat mittendos: ad quod C. eo. l. parhippum.
His tantũmodo s. legatis, qui &c. & die gentibus non subditis, sed de subditis secus, vt C. eod. l. cursum. ibi, quoniam etiam legatorum &c. & facit C. eo. l. iudicibus.
Nemo. Mutationibus. i. euectionibus q̃ fiunt p mutationes personarum & equorum, vt C. eod. l. in omnibus, Accursius.
Nimalia. id est equos ducentes veredos.
Per mancipes. q manu capiunt.
Apparitores. i. publicanos, vt C. de vecti. l. si quis. P. nam eũ mancipes ea teoẽ dunt, parum datur eis, & sic laborem perferre nequeunt. Et sic not. q equum male pabulatum, male vadit. Accursius.
Ne id. sub. vnde ne &c. Accursius.
Sublimitas tua.

Hippocomi dicuntur stabularij, seu equorum curatores.

Equos male pabulatus mala vadit.

Non debent rustici, qui hippocomi appellantur, per ducẽdo equos per publicũ cursum indignã spoliatione vexari. Bartolus.

XIII. Iidem AAA. Floro.

Non patimur hippocomos[a] [f] p eos q veredis vtent, indigna spoliatione vexari. si quidem nonnulli veredarij[b] sagaeorum[c] dicũtur auferre, vel præcidere. quo circa per omnes iudices & curiosos miserabilis remoueatur iniuria: sciẽtibus cunctis q si obserua ta non fuerit nostra sanctio, nõ solum damna re sarcire, verum etiam notã,[d] & multã qui neglexerit, subire cogetur.

Exhibitio cursus publici secũdũ consuetudinẽ locorũ committitũ, vt plaustra faciant onerari. Barto.

XIIII. Iidẽ AAA. Pota.

Publici[e] cursus exhibitio secũdũm locorũ consuetudinem vel curialibus vel cohortalibus debet cõmitti,[f] vel his q suo periculo ab eminẽtissima pfectura sub cõpetenti cautela excipiunt.[g]

Mittens equum in cursum publicũ non mittẽdũ, quadruplum precij dicti equi fisco restituat. Barto.

XV. Impp. Ar. & Ho. AA.

Si quis[h] vel provna mutatione[i] veredum superducendum esse crediderit, in quadruplũ sup ductorũ animalium pciũ fisci iuribus inferat.

Legati gentium principi nõ subditarum cursu publico possunt vti. Bar.

XVI. Iidem AA. Remistheo duci.

His tantũmodo[k] vtẽdi cursus publici facultas cõcessa est, q legati de diuersis gentibus ad nostram clementiam properare festinant.

Subtrahens mulionẽ euectionis deputatũ, decem libras ar genti fisco persoluat. Bart.

XVII. Iide AA. Lucerio.

Nemo mulionẽ mutationibus[l] deputatũ, vel p sollicitationẽ, vel p receptionẽ[l] subtrahere audeat, decẽ libras argenti pœnæ nomine inferre reformidans.

Curari debet ne equorum cursu publice deputatorũ pabula, id est, pbenda carceri precie vendat, & etiam vt non teneantur prouinciales vilisori precio vendere. Barto.

XVIII. Iidem AA. Mesalæ P. P.

Animalia[m] publica dũ longe maiore ac periniquo pcio pabula æstimanẽ, p mãcipes[n] atq; apparitores[o] aperte vexanẽ: ne id contingat, sublimitas tua[q] disponat, vt nec pabula mutationibus[r] desint, nec puinciales vltra quàm iustitiç sinit ratio, prægrauentur.[s]

Prouinciales & curiales ad pstandum aĩalia indebita ad cursum publicum nõ grauanẽ: quia satis est, si conferunt in pabulis & pecunijs equorum deputatorum cursu publico. Bar.

XIX. Idẽ Aug. & Th. A. Septimio Proc. Af.

Comperimus puinciales & pabula & pecuniam pro cursu equorum cursualium solenni ratione conferre, & extrinsecus etiam paraueredorum[t] onere prægrauari. Prouinciarum igitur rectores procurent, ne vnquam cursus publicus veniat in querelã, & occasio deceptiõis curiales vel puinciales aĩalia indebita pstare compellat.

Nullus dux posteaquam ducatum suum intrauit, vti debet cursu publico, sed iumentis proprijs: quod & obseruatur in officialibus cohortalibus: pœna cõ trafacientibus imminente. Bar.

XX. Iidem AA. Anthemio.

Nemo ducũm ingressus semel prouinciam[v] suam, postmodum in itineribus faciendis cursu atque angarijs ipse fine suo vtatur officio, sed expeditionem militarẽ iumentis proprijs[x] exsequatur. De cohortalinis etiam officijs eadem lege sancimus, ne quis ex his per prouinciam suam discurrens, veredo[y] vti conetur in

loquitur præfecto prætorio. Accursius.
Mutationibus. i. equis qui per mutationes vehuntur, vt C. l. prox.
Prægrauentur. quia non debent nisi nus vel vili precio vendere. Accur.
Comperimus. Paraueredorum. expone, vt C. eo. l. ij. & facit j. de iuc. aduo. l. ij & C. de vectĩ. l. vsurpationem. & ff. de offic. præsi. l. illicitas.
Nemo. Prouinciam. i. ducatum.
Proprijs facit C. de statu. & imagi. le. tu. & imagi. l. & virtutum & in autheo. de mã. prin. §. illud.
Veredo. expone vt C. eod. l. ij.
Nullus.

aliàs ob repuonẽ.

posterum, cum sacra prohibitum sanctione cognoscat. Quòd si quis ducú, vel apparitorum, vel cohortalium officiorum temerario animo ea q̃ decernimus, contemnenda putauerit per singula animalia quibus vsus fuerit, singularum librarum auri illatione multabitur.

Etiam ecclesia tpe expeditionis non excusatur ab angarijs, vel parangarijs. Bart.

XXI. Impp. Th. & Va. AA.

NVllus penitus cuiuslibet ordinis seu dignitatis, vel sacrosancta ecclesia, vel domus regia tempore expeditionis excusationẽ angariarũ seu parangariarum habeat. [a]

XXII. Imp. Leo A. [a] P.P.

CVrsum ambularẽ [a] ab omni Orientali tractu, necnon ab his ciuitatibus aliarum regionũ, quarum instructio tui culminis [b] meminit, tolli amputarique decernimus: ita tamen, vt in transitu fortissimorum militum quando nostra serenitas disposuerit ex aliis ad alia eos loca deduci, euectionesque animaliũ sc̃dm consuetudinem [c] a nostra fuerint serenitate consecuti, & in armorũ tam confectione quàm translatione [d] seruata cõsuetudine, in profectione quinetiam legatorum, [e] animalium dominis qui ea sólẽt accepta mercede locare, præbenda pensio, arcæ tui culminis imputetur. tractorias [f] videlicet animalium super memoratis causis nulli alij judici, cuiuscunque sit dignitatis, nisi tuo tantũmodo culmini, faciendi licẽtiam patere decernimus.

XXIII. Imp. Anasta. A.

IVbemus nemini licere cuiuscunque scholæ, vel officij, vel militiæ seu conditionis per totius Orientalis tractus partes, ob quancunque causam proficiscenti seu redeunti, supra vnum ueredum [g] ùnumque parauereдum, eum euectione tamen iudiciali [h] moueremisi specialis ei præstita sit nostræ serenitatis quantitatem animalium continens euectio: exceptis proculdubio his qui pecunias publicas deuehunt: cũ in hac parte sine nostra quoque speciali autoritate tanta conueniat animalia moueri, quanta transuehendæ pecuniæ summa & eius tuitio deposcit: quinquaginta librarum auri his feriendis condemnatione, quicunq; nostra iussa quolibet modo seu tempore violauerint, seu violare concesserint.

TITVLVS LII.

DE TRACTATORIIS [a] & statiuis. [i]

Licentia data pro animalib. ad vehendũ & arripiendum iter, debet biduum continere: ad morã verò trahendã quinque dies: & nulli debet dari pro se & necessarijs sibi p̃sonis, nisi illis tantum, q ani malia vsui publico deputata prosequuntur. Barto.

I. Imppp. Theodo. Arcad. & Hono. AAA.

TRactoriæ [k] cum statiuis solitis tantummodo biduum tẽpus accipiant: [l] nulli verò penitus cum necessarijs sibi personis præbeantur, nisi his tantummodo, qui animalia atque equos sacro vsui necessarios prosequũtur: [m] ita tamen, vt his dimissis in tractoriarum corpore, [o] quinque dierum numerus adscribatur: vt nullus vltra hoc temporis spacium ad residendum in quo libitum fuerit loco, quopiam nanciscatur.

TITVLVS LIII.

DE APPARITORIBVS praefectorum prætorio, & priuilegijs eorum.

Cornicularij præfectorũ completo munere principis purpuram adorent: & cum fint otio donati, ad aliud officium non deuocantur. Bar.

I. Impp. Valentinianus, & Valens AA. Mamertino PP.

[a] NVllus. Habeat. sic ꝟ. de sac. san eccl. l. neminem & de excu. mu. l. maximarum. & ꝟ. de quibus. mu. vel præ. l. ij.

[b] CVrsum. Tui culminis. loquitur præfecto prætorio.

[c] Consuetudinem. ꝟ. eo. l. publici.

[d] Translatione. ꝟ. de fabri. leg. hna. §. quotiens.

[e] Legatorum. ꝟ. eo. l. his tantummodo. contra Solu ibi.

[f] Tractorias id est literas datæ licentiæ vehendi animalia. & adde vt supra tit. j. in rubr.

[g] IVbemus. Veredum hoc expone, vt ꝟ. eo. l. ij. Accursius.

[h] Iudiciali. præfecti, non alterius: vt l. proxi. in fi.

[i] DE TRACTATORIJS & statiuis.

Forte declinatur hic & hæc tractatoria & erant visi qui tractabant & contrectabant animalia publica, & equos facio vsui deputatos. Vel forte tractatoriæ dicuntur literæ datæ licentiæ vehendi animalia. vt ꝟ. tit. j. l. curium. in fi vel vt liceret ad tractandum, i. ad apprehendendum criminosos impetrate: vt ꝟ. de deiet. leg. j. § j. imò & ius erat licentia militi data forte falsa.

[k] TRactoriæ. exponere in rub.

[l] Accipiant. vt iter arripiant.

[m] Persequuntur. qui deputati sunt ad hoc. vt ꝟ. tit. j. l. Iudicibus. § his enim.

[o] Corpore. scribebantur dies datarum in quodam libro vbi omnes scribebãtur, & biduũ ad inchoandum iter, & quinq;

Prouincia p̃ducatu capitur.

[a] quidã legũt clabulare. & aũt clabula vehiculi genus. Vide Cuiaciũ hic.

[a] Tractoriæ diplomata sũt q̃ dantur missis vel euocatis a principe cursu publico vtẽtibus, adscriptis & statiuis id est diuersorijs. & mãsionibus, q̃bus alant̃ sumptu publico. Cuiacius hic.

dies alij quibus possit stare in itinere vbi velit, non plures. aliàs capitur vbi inuenitur: vt ꝟ. titu. j. l. iij. Et not q̃ sic biduum datur his qui accipiunt literas ad transeundum per castrum Francum.

DE APPARITORIBUS præfectorum prætorio. Præfectur.

PRæfectura[a] cornicularios, qui annis singulis exeunt, post translactos corniculos nostrā adorare purpurā volum[a]: quo honore ꝑfunctis, cū iā missionē tenuerint, liberū otiū damus, vt ad susceptionem [b] vel cuiuslibet necessitatis officiū minimè deuocētur.

Præfectiarij exactiones prouincialium facere non debēt, nec etiam habere custodiam horreorum. Bar.

II. Iidem AA. Zosimo præsidi Epiri nouæ.

PRæfectianos [c] ad ꝑniciē.[d] ꝓuincialium exactionidus in ꝓuincijs, vel potius lucris & quæstibus suis [e] sese immiscere vetam[a]: ꝑtereavel horreorū [f] gerere custodiā vel curiarū [g] ius atq; arbitriū sibi ꝑsumere his denegamus. Horum si quis ꝑsentis legis temerator existat, volumus eum cōpetenti motu & indignatione percelli. D. xiiij. Ka. Decē. Mediola. Valētiniano & Valēte. iiij. AA. Co.

Cornicularij primiscrinij, & numerarij ꝑfecti prætorio fortita laborum requie priuilegijs hic insertis gaudent. Ba.

III. Impp. Theo. & Valent. AA. Zoilo PP.

COrnicularij [h] & primiscrinij, numerarij insuꝑ q in officio tuæ sublimitatis ꝑ ordinē obsequijs militiæ terminatis, desideratam laborū requiem sortiunt: pro multis erga rēpublicā sudoribus, ab oībus indictionibus tam militariū quàm ciuiliū [i] iudicum semꝑ habeant immunes, [k] & ciuilium tantùm iudicū, non etiā militarium iurisdictioni subiaceant. Huic sanctioni addendū esse cēsemus, vt si quis ꝑfectianus dū militat vel post depositū cingulū, sine testō, qđ legib. cōprobat, nullisq; ab itestato successorib. derelictis fati munus iplenerit: oēs eius patrimonij facultates ꝓuisiōe magnificę tuę sedis nō fisci iuribus, [l] sed arcæ tui culminis rōibus vindicent. Scriniarijs aūt & exceptorib. ceterisque q in officio tui culminis merēt: cū in legione prima [m] adiutrice nr̄a militāt, audientiā tantūmodo in causis in qbus pulsant, tuæ celsitudini deputamus. In ꝓuincijs vero cōmorātes, rectoribus earū eos respondere iubemus, [n] nisi publicū officium aliquod eis iniunctum sit.

TITVLVS LIIII.

[a] DE APPARITORIBVS[a] præfecti vrbi.

Qui administrauerunt officia, officio finito principis purpuram non adorant. Item apparitor sedis vrbanæ illustris de concusso pistore conuictus punitur. h. d. cum l. sequen: i.

I. Imppp. Gra. Val. & Th. AAA. Princi. PP.

PRæter eos q de officio eminentium potestatū, [o] numero stipendiorū & curriculis euolutis, vrbisq; præfecturæ, serenitatis nostræ [p] annis singulis attingere purpurā venerariq; præcepti sunt: [q] nulli prorsus eorum q ꝓuincialia officia peregerint tranquillitatis nostræ muricem [r] adorare sit liberum, omnium suffragiorū obreptione cessante.

II. Impp. Hono. & Theo. AA. Palladio. PP.

QVicunque illustris vrbanæ sedis apparitor clandestina fraude pistorem cōcusserit, accusatus atque conuictus, perpetui panificij [s] nexibus addicetur.

TITVLVS LV.

DE APPARITORIBVS MAgistrorum militum, & priuilegijs eorum.

I. Impp. Valen. & Valens AA. ad A... correctorem.

QVi sese [t] in officijs magistrorū eqtū ac peditū militare mō

[a] PRæfectura. s. prætoriæ. vt s. rubri. & cornicularij erant qui contra sonabāt quando milites ibant ad bellū secundum H. de quibus j. l. iij. & supra de offic. di. iudi. leg. sciant. & facit ad hanc l. s. titu. j. & s. de pala. sac. lar. l. j. & de dome. & protect. leg. j.

[b] Susceptionem. i. officiū susceptoris, de quibus habes s. de susce. l. j.

[c] PRæfectianos. id est officiales præfecti.

C.Th.12. to.1. [d] Perniciem. i. qđ esset pernicies prouincialium.

[e] Suis. sic ff. de nego. gesto. l. si pupilli. §. sed & si quis.

[f] Horreorum. publicorum. Aldri.

[g] Curiarum. s. vt agentes in rebus: vt s. de curiosis. l. ij.

[h] COrnicularij. Expone vt s. l. j. omnes isti erāt officiales ꝑfecti ꝑtu.

[i] Ciuilium. sic s. de agen. in re. l. ex eo. §. vt autem non.

[k] Immunes. vt s. leg. j.

[l] Fisci iuribus. sic ff. de inuisto rup. testa. l. si quis exhereda tus §. eius. ibi, qꝫ si ... &c.

[m] Prima. multæ enim erant. sic s. de castren. pecu. l. fina.

[n] Iubemus. sic s. de offi recto. prouin. l. in officiales. & s. de agen. in rebus. leg. ... eo. in fina.

DE APPARItoribus præfecti vrbi

[o] PRæter. eos q. Potestatum. vt sunt ꝑfecti præto.

[p] Serenitatis nr̄æ. hic pone superiorem versum, numero stipen. &c.

[q] Præcepti sunt. vt s. titu. j.

[r] Muricem. i. nos muriceo colore vestitos: vt s. de vest. olob. l. ij. libro xj.

[s] QVicunque. Panificij. si habes beneficij. habeas abdicetur. si panificij, habeas tunc addicetur. & tunc est contra. s. de pœnis l. nequis. Solu. hic speciale. nam & aliàs toleratur talis sententia, licet sic inciuilis: vt ff. de pœ. le. moris. §. sed dānare.

DE APPARItoribus ma. &c.

[t] QVi sese. supra titulo. ij. le. j. & iij.

Qui

strauerint, ab omni nominationis iniuria excusent.

II. Idem AA. Manertino P.P.

QVi in officio magistrorum equitum ac peditũ militiã sortiti sũt, ordinis sint militaris. a

III. Impp. Theo. & Valent. AA. Basso P. P.

PRobari appasitores magisteriæ potestatis neque curiales in aliquo officio, neq; cohortales, neque censibus adscriptos volumus. b

Numerarij illustriũ cõpleta militia & principatus munere functi gaudent priuilegijs hic insertis. Item q sunt de numero militantium gaudẽt priuilegijs eorum· q verò sunt vltra numerũ, non. h.d. cum l sequenti. Bar.

IIII. Idẽ AA. Apollonio

NVmerarios virorũ illustrium magistrorũ militũ tã p̃sentaliũ d quàm Orientaliũ, q ordine & stipẽdijs militiæ fuerint decorati, exeuntes, e tribunis p̃torianis partis militaris, sudoribus eorũ beneficiũ deferentes, f sociari p̃cipimus: ita videlicet, vt post cõpletã militiam, ab oibus indictionibus tam militarium quã ciuilium iudicum semp habeantur immunes. g principatus h verò munere functos, tribunis vigilum i militaribus aggregari volumus.

V. Imp. Anastasius A. magistro militum.

EOs qui in officijs vestris k merentes, statutorũ l tantùmodo numero inserti sunt, fori p̃scriptione muniri m cæteros vero, q supra huiusmodi numerum militare noscuntur, quasi nec militantes, & apud illustrissimas præfecturas, & apud clarissimos prouinciarũ rectores de quolibet pulsari & conueniri, & sine cinguli p̃scriptione respõdere negotio sancimus.

TITVLVS LVI.

DE APPARITORIBUS Proconsulis & Legati.

Obsecundans proconsuli vel legato, nõ debet esse curialis, vel adstrictus alicui corpori: & si adstrictus est, debet restitui. & apparitores legatorum debent esse quadringenti. Barto.

I. Impp. Valen. Theo. & Arcad. AAA. ad Flauianũ Proconsulem Africæ.

OFficio, n qd tuis meritis obsecundat, non curialẽ quemquam, nec ex cęteris corporibus volumus aggregari: at si qui erunt inter apparitores hmõi, restitui eos munijs debitis mox iubem⁹.

II. Impp. Ar. & Ho. AA. Diatori Procõsuli Africę.

APparitioni tuæ o & legatorum quadringentos censuimus deputandos de his duntaxat, quos esse sibi detractos reipublicæ membra p non queruntur.

III. Impp. Arcadius, & Honorius AA.

IN proconsulari p̃uincia q officium p̃consulare postulet quod exhibere consueuit, nec alienis se partibus ĩpudenter r inserat.

TITVLVS LVII.

DE APPARITORIBVS comitis Orientis.

I. Impp. Theodosius, & Arcadius AA.

IN officio s comitis Orientis non amplius quàm sexcenti apparitores habeantur, quos quidẽ publicis necessitatibus sufficere nouimus abũdẽ suppetere.

a QVi in officio. Ordinis sint militaris. i. eius militiæ in qua sunt puta numerarij, & si miles: vt j. l. numerarios. non tamen modo militari possunt testari: vt s. de testa. l. scriniarios, quæ est contra. Vel dic vt nus s. de castren. pecu. l. fi. Accu.

b PRobari. volumus. vt & supra. de agric. & censi. leg. colonos. & facit supra. qui mili. non poss. l. iij. & iiij. & j. titu. j. l. j.

c NVmerarios. De his habes s. de numera.

d Præsentalium. i. eorum qui præsentialiter nobiscum sunt: vt s. de re milita. l. nemo miles.

e Exeuntes. de officio numerarij.

f Deferentes. i. numerarios beneficiũ pectus militiæ. quasi dicas licet finiatur militia prima, deferunt tamen secum partem beneficij seu honoris: quia socian tur tribunis, vt habeant eam dignitatẽ siue administrationem quam habent tribuni. ad quod s. de silen. l fina. in fin. Accorsius.

g Immunes. sic s. de adses. l. non parũ. Accursius.

h Principatus. & & hi principes erant quidam officiales magistri militũ maiores alijs, quasi prima capientes secundum Hugo. & facit j. de cohorta l. j.

i Tribunis vigilũ. non loquitur de illis qui sunt s. de offi. præfec. vigi. leg. j sed de his qui sunt. j. de cohor. l. j.

k EOs. Vestris. loquitur magistro officiorum.

l Statutorum. taxatus erat eorum numerus. & facit s. de sacrosanct. eccle. leg. non plures. & s. de offic. magi. mili. leg. ij. & iij.

m Muniri: nõ sub se non sub alio conueniuntur: & in ciuilibus & in criminalibus causis.

DE APPARITORIBUS Proconsulis & Legati.

n OFficio. Loquitur. Proconsuli Africæ. & facit. s. titulo. j. l. ij.

o APparitioni tuæ. Proconsuli Africæ loquitur. s. titu. j. l j.

p Membra. vt enim homo habet multa membra, sic respublica habet diuersa officia. quod patet per hunc librum & tractatũ de officijs. & Inst. in proœ. in fi. nõ ergo alteri⁹ curiæ adstrictum accipiet.

q IN proconsulari prouincia. i. in ea, quam proconsul regit. nam aliquę reguntur per alios. s. comites, præfectos.

r Impudenter. sic ff. de offic. proc. l. quę omnia. §. j.

DE APPARITORIBUS comitis Orientis.

s IN officio. s. titu. j. l. ij. Accursius.

De co-

TITVLVS LVIII. DE COHORTALIBUS, ᵃ † principibus, ᵇ cornicularijs, ac primipilarijs.

Stationarij, q irenarchæ appellant, non debet facere exactiones, nec aliquem in carcerem mittere, etiã si crimen sit manifestum. Barto.

I. Imp. Constantinus A. edicto suo ad Afros.

OMnes statio narij ᶜ neq; supexactio nẽ audeat, neq; carcerem habeat, neve quis psonam, licet ꝑ manifesto crimine, apud se habeat in custodia, ᵈ sciẽs q si tale fuerit cõmissũ, capite puniendus est.

Nullus iudex volentẽ militare approbare debet sine sacra approbatoria, nec permittere etiam vehere, exceptis provinciæ officialibus qui cursus publici solicitudinem sustinent. Barto.

II. Impp. Constantinus & Cõstãs AA. Tauro P.P.

NVllus iudicũ quenquam sine sacra ꝓbatoria ꝓbare ᵉ audeat, vel prouehere. Excipim ᵉ tñ officia ꝓuincialia cursus publici solicitudinem sustinentia, ᶠ nec enim tanto muneri ᵍ adminiculum, ʰ denegari publica permittit vtilitas.

Priuilegia solita concessa per dominum Diocletianum principem, confirmantur, & ẽt extenduntur, prout infra describitur. Barto.

III. Imppp. Valẽ. & Valens & Gratianus AAA. Festo consulari Syriæ.

SOlitã ⁱ cohortalibus Syriæ priuilegia, q a diuo Diocletiano porrecta sunt atque concessa, nos quoq; porreximus: ac iubemus eos nõ ad solicitudinem bastagæ, ᵏ † non ad functionem nauicularium deuocandos, nõ inuitos curialibus cœtibus adscribẽdos: uerum peracto labore militiæ, past ˡ primipili ˡ cõpetenti ᵐ sedulitate functione trãsacta, prærogatiuã his recusationis ᵐ offerimus.

IIII. Iidem AA. & Gra A. Probo PP.

OFficia rectorũ, puinciarũ tuæ magnificẽtiæ literis volumus ᵃ admoneri, vt susceptos i of ficio ꝓprio, ᵒ vel probatos, cohortium nomine, vel legionum priuilegijs existiment inferendos.

Habens plures filios debet eorum sue collegio cui est adstrictus, vnum ad seruiendũ deputare, alterũ suæ patriæ. Si verò habeat vnum tantũ: potius curiæ suæ patriæ, quã collegio eum deputare debet.

V. Iidẽ AA. Modesto PP.

QVicũq; ꝑ Osdroenã ᵖ primipilarius maiore letaẽ numero filiorũ, vnũ loco suo veluti hereditario iure substituat ᵖ alterũ ꝑ amore patriæ, Aedesenæ curiæ tradat obsequijs: cæteris qua voluerit militia ꝑ uisurus. Si autẽ duos tñi ꝑcreauerit: cohorti satisfacere cogaẽ, & curiæ. Quòd si vnũ ꝑcreauerit, eundẽ ordini patriæ restituat, nullo contra hãc formã beneficio valituro. Damus sanè licentiã tam patribus eorum q ipsis oui huius legis auctoritate ciuitatum obsequio aggregant, vt si quos curiales patrocinio principalium inuenerint excusari, in mediũ proferant: vt & ipsi similibus officijs deputati pareant impetratis. ᑫ

Apparitor criminosus fugiens citandus est. q. nisi intra talem diem venerit, contra eum ꝓferet sententia condemnatoria, & ipse non comparente, condemnabitur. Bar.

VI. Imppp. Gra. Val. & Th. AAA. Neo. PP.

SI apparitor defugerit criminosus, edictum quo reuocari possit, adiecta conditione ʳ legibus subsequatur: cui nisi

---

† malo (inquit Alci. hic) cohortalibus legere, potius quam cohortalib. q in domestica militia alicuius cohortis essent; id genus milites. & ita in exẽpli. Vict. i huius tit. legib. legit.

ᵃ DE COHORTALIBUS &c. Qui officio cursitarũ coartant. Accu.

ᵇ Principibus hodie vt s. titu iij l. numerarios. in fin. not. sed quidam habent sub. j. l. pxi. nullus.

ᶜ OMnes stationarij. qui stabant in confinibus: qui & dicuntur limenarchæ & irenarchæ: vt ff. de cu. re. l. diuus Accus.

ᵈ In custodia. vt & ſ. de custo. le j. in fi. & l fin. & de pri. car. l. j. & de accusa. leg. si cui. j.

† Aliàs habeant.

ᵉ NVllus. Probare. i. approbare in officium, vel prouehere, id est promouere sine litera principis quæ eum approbet: vt hic, & j. de diue. offi l. in his. & l pen. & fi. & ſ. de re mili. l. neminem.

ᶠ Sustinentia. vt ſ. de agen. in re. & non alijs: vt ſ. de decu. l. i. & fi. in fi.

ᵍ Muneri. Id est; gerentibus tantum munus.

ʰ Adminiculum: quod est per officiales quos sibi eligit.

ⁱ SOlita. aliàs incipit, solita cohortalibus Syriæ priuilegia &c. aliàs incipit, priuilegia, & cætera desunt.

ᵏ Bastagæ. bastaga seu vasta (vtrumq; enim dicitur) officium publicum est (vel militia) quod gerentes bastagarij dicebantur: qui rusticos ad quintam bestiam principi dandam cogebant: vt ſ. de murile. l. iiij. & l. æternam.

Bastagarij q dñt.

ˡ Primipili. quia fuerat primipilaris. & not. q quidam habent pastus primipili & leges, transacta functi one pastus primipili compe. te. &c. & dicitur pastus per similitudinem: quia sicut homo primò comedit, secundò digerit: sic iste primò gerit officium, secundò rationem reddit, & ita digerit quodãmodo: vt j. eod. l. ordinatiorum. & aliàs fastus. ᵃ & eodem modo legitur. vel careas vtroque. & puncta post dictionem primipili. Accursius.

† Bastaga munus erat ferè di res necessarias ad exercitum. Al.

ᵃ & hæc lectio Pyrrho hic placet, vt intelligas honorem ac officiũ primipili

ᵐ Recusationis. a prædictis solicitudinibus bastagiæ & nauiculariorum.

ⁿ OFficia. Officio proprio. s. tuo & vel, pro & c.

ᵒ QVicunque. Substituat. vt ſ. de fil. offic. militarium. l. ij.

ᵖ Osroenæ. i. prouinciæ prædictæ. & sic habeas Osroenæ. aliàs est Ædesenæ. & bene stat.

† aliàs Osrhoenã aliàs Osdroenã.

ᑫ Impetratis. per quam curiam euitabant: vt & ſ. de decu. l. euacuatis.

ʳ SI apparitor. Cõditione. nisi ad talem diem venerit, proferet sententiam condemnatoriam. sic enim peremptorium mittitur: vt ff. de iudi l. ad peremptoriũ nam hic quòdammodo est peremptoriũ. potest enim dãnari, licet absens officialis, vt & supra de pœ. leg. diuus sed

fuerit satisfactum; merito in latitatem a iudice pro qualitate peccati sententia proferetur. Veniam.n. talibus nõ permittimus, nec indulgentijs crimina subleuamus. a

Apparitores quorumcunq; iudicũ nõ possunt scribi in numero aliquorũ militũ, aut cõtẽplatione alicuius stipendij relaxari prius, quã primipili rationem reddiderint, nec ẽt petere, vt quiete donent. Itẽ solutus militia ob delictũ, nõ ob hoc quietem accipiet, & bona talis delinquentis illi militiæ relinquuntur. Bar.

VII. Imppp. Val. The. & Arcad. AAA. Tatiano PP.

ORdinariorum iudicum apparitores, q b vel speculatorum vel ordinariorũ c attigerint gradum, nullo annorum numero, nulla stipẽdiorũ contemplatione laxentur priusquam primipili pastum d digesta ratione cõpleuerint. Quòd si antedebitum e locum, qui huic functioni habetur obnoxius, vel ægri corporis labem, vel defessæ senectutis extrema ad ipetrandam quietem crediderit ptendenda, nõ prius otio condonetur, quàm omne quod primipilo debetur, expenderit. Eos ẽt qui pro sceleribus suis soluto militiæ cingulo addicuntur infamiæ: ne integro peculio f sub hac occasione lætentur, ita condignę vltioni eos volumus subiacere, vt functioni quoque q̃ extremæ g militiæ debetur, nihil ex eorũ facultatib. subtrahat. VIII. Impp. Arc. & Ho. AA. Euthymio Vic. Asiæ.

SPeciebus primipilaribus adærandis h eadem preciorum taxatio seruetur, quæ in venalib' publicis poterit reperiri.

In Illyrico cẽtũ apparitores singulis iudicib. obsecundẽt, & non vltra. ad quæ obsequia non deputantur iniq., sed illi, q tantum solicitudines debitas exequuntur. Barto.

IX. Iidem AA.

PEr Illyricum (in quo plurima ac maxima necessitatum publicarũ emolumenta officijs constat præsidalibus expediri) centeni i numero singulis iudicibus obsecundent: nec vltra hunc modum uel ad militiam vllus adspiret, vel cõniuentia iudicum perseueret. Adhibendi autem sunt ad huiusmodi ministeriorum obsequia, non illi qui uano militię nomine immania k lucra sectentur, sed qui necessitatem officij solicitudinibus debitis exequantur.

Nemo potest ad officium cohortalium accedere, nisi prius in matricula cohortalium receptus & descriptus fuerit: pœna contra facientibus imminente. Bartolus.

X. Iidem AA. & Theod. A. Anthemio P.P.

QVicunque chartas, vel tabulas, l vel quodcunque aliud ministerium cohortalis optauerit: non antè accedere permittatur, nisi eius nomẽ matriculis receptũ primitus fuerit: m pœna proposita his qui contra statuta cœlestia crediderint suscipiendos aliquos, aut quodlibet eis officium iniungendum.

Exemptus de grego cohortalium pp̃ter crimen, si voluerit ad idẽ sacramentũ repedare, allegare debet, & ostẽdere principis oraculum ex certa forma concessum. Barto.

XI. Impp. Ho. & The. AA. Anthemio P.P.

SI quis ex grege n cohortalinorum, vrgente criminis insectatione stipendijs fuerit exemptus, aut otio traditus quietis artibus immoret, aut si ad pristina sacramẽta precum miseratione maluerit repedare: indultum nostræ maiestatis oraculum amplissimæ tuę sedi offerat allegandum. o

Si cohortalis apparitor vel coherti obnoxius hoc officio derelicto ad aliã aspirauerit dignitatẽ: tam ipse, quã liberi eius tali dignitate, & militia spoliati, ad pristinã conditionem retrahuntur, nulla nisi triginta annorum pręscriptione obstante.

XII. Impp. Theo. & Valẽ. AA. Isidoro PP.

---

sed aliàs regulariter contra, ꝭ. de accus. l. absentem.

a Subleuamus. sic ꝭ. de aposta leg. iij. & ff. de ædil. edi. l. quis sit fugitiuus.

b ORdinariorũ. Qui. s. iudices. Speculatorum, quales sunt p̃sides, vt sup. de priua. carce. leg. j.

c Ordinariorum. s. aliorũ nam & pręsides ordinarij sunt, vt sup. de mo. multa. leg. eos.

d Pastum. expone vt ꝭ. eo. l. solita.

e Ante debitũ. prępositio. & dic locũ, id est tempus, sicut in vulgari dicimus, non est adhuc locus id est tempus. vel dic ante aduerbium tẽporis. vel dic. q locum adducebat ad impetrandam excusationem: quia scilicet diu in eo loco. i. officio steterat, vel in infirmitate, vel in senectute. Accur.

f Peculio. id est salario, quod perhibit: vt ꝭ eod. l. quisquis. §. dehinc.

g Extremæ i. si etiã in minima militia erat obnoxius, omnia sua bona ei relinquit.

h SPeciebus. Adærandis. aliàs adhærendis, aliàs adærandis, id est ad ærarium deducendis pro dando primipilarib. & facit su. de ero. milit. an. l. septẽ.

i PEr Illyricum. Centeni. sic ꝭ. de appari. pcon. l. ij.

k Immania i. crudelia & iniqua. aliàs inania & sic idem.

l QVicunq;. Tabulas. officiũ emendi chartas & parandi, & sic de tabulis. i. pugillaribus di cas, vbi acta vel memoriæ publicæ scribebantur.

m Fuerit. sic sup. de fabri. l. si quis.

n SI quis ex grege. propter vilitatem, dicit gregẽ. sic supra de mili. veste. l. fi. in fin.

o Allegandum. sic ꝭ. de diuer. offi. l. iij. Sed contra supra de suscept. l. si aliquid. Solu. hic aliàs, non in officio deliquit. Vel hoc ex certa sciẽtia: vt ibi patet. Item ꝭ. eo. ij. l. quicunq. contra Solu. ibi. item facit supra de digni. le. iudices.

SI cohortalis † appari tor, aut obnoxius cohorti, ad vllam adspirauerit dignitatem: spoliatus oibus impetrati honoris insignibus, ad statũ pristinum reuocet: a liberis ẽt in tali eius conditione susceptis, fortunæ patriæ b mancipandis. Qđ si quis ex his ausus fuerit vllam affectare militiam, nulla p̃scriptione temporis muniat, præter eam scilicet q̃ ex triginta † annis c colligit: sed ad conditionẽ ꝓpriam retrahatur: nec ipse, vel liberi ei⁹ post talẽ ipsius statum ꝓcreati, quod cohorti debet, valeāt declinare. Sed nec ad aliam cohortalinus vel cohortalini filius audeat adspirare fortunã cui maiorũ suorũ exẽpla d p̃iudicant. Sed etiam cunctos e qui diuersarũ rerum negotiationibus detinent, trapezitas scilicet, vel gẽmarũ argẽtiq; vestiumve venditores, apothecarios ẽt, cęterosq; institores aliarũ merciũ, quibuscunq; ergasterijs adhærẽtes, iubemus a ꝓuincialibus officijs remoueri: vt oĩs honor atq; militia a cõtagione hmõi segregetur. Da. III. Nonas Apri. Constãtinopoli, Isidoro & Senatore Coss.

Nullus primipilaris & cohortalis ad aliam militiã aspirabit, etiam ex aduocatione prĩcipis: & statim restituendus est curię ciuitatis vnde oriũdus est. Barto.

XIII. Idẽ AA. Flor. P. P.

k Vendicare. nec miretur quis, cum & ei cōpetat rei vend. vtilis, qui perpetuo vel ad non modicū tempus fundum cōduxit, dum tamen tempus non sit finitum. ff. si ager vect. l. j. §. fina. Item & si superficiario datur. ff. de rei ven. l. superficiario. & ff. de pigno. acti. l. si tutor. §. fin. & superficiarium tuetur prætor interdicto vti possidetis, secundum conuentionem suam, vt ff. vti pos. l. si duo. §. Labeo. cum ergo vtilis vendicatio supradictis concedatur, multo fortius feudatario concedi solet, & conceditur, vt j. de contentio. inter uasallum & alium, ca. si causa inter vasalium. quidā autem habent hic quasi. Hic autem potes facere illam quæstionē, quam in summa fecimus. f. vtrum vasallus habeat aliquod dominium feudi ? & de hoc dicas, ut in summa diximus. Accur.

l Per longa tempora. idem intelligendum est de tempore longissimo, maxime hodie: quia alienatio videtur ꝓhibita, & hic est verus alienationis modus: vnde nulla obstabit præscriptio. & puto hoc intelligendum in possidente vasallo, & maxime ignorante domino. alioqui, si dominus possidebat, bene potest seruitus lōgo tempore acquiri, multo fortius longissimo. ar. C. de seruit. l. a. & a. & ff. de serui. vrba. præ. l. foramen. habita tamen distinctione inter seruitutem & seruitutem, secundum quod ibi not.

Contrariū tenet hic do. Aluaro. vide eundē hic in j. colū. versi. quæro, cū glo.

m Subsistere. nam si per se subsistat, obstruabitur quod legitur infra: hic finitur lex. §. si vasallus. in feudo igitur ratione rei indiuisibilis licitum deprehenditur, quod alias non liceret: sicut alias licite petitur insolidum, quod alias pro parte peti non posset, quia

seruitus: plerisq; placet feudo accedere, & sicut partem feudi disponendam esse. Meliorem [a] nanq; conditionem feudi facere potest, deteriorē uerò sine domini uoluntate, uel eorum agnatorū, ad quos per successionem pertinet, facere non potest.

Feudum alienari non potest in alium, quinimo nec pignori obligari. Bart.

Quamuis enim possessio per bñficiū ad eū pertineat: tamē ꝓprietas ad aliū spectat: & ideo quartæ [b] siue tertiæ [c] ratione, q̄ à Lōgobardis seu à Romanis uiris uxoribus fieri solet, post mortē uiri ad mulierē nihil pertinet. nā nec pignus, [d] qđ consultū dicitur, fieri potest ex feudo.

TITVLVS IX.

QVALITER olim poterat feudum alienari.

Olim regulariter uenditio feudi pro parte dimidia permittebatur, altera parte retenta. Bar.

Est aūt optima consuetudine [e] interdicta feudi alienatio: sup qua multæ & diuersæ sentētiæ dabant in singulis ciuitatib. seu curijs: donec imperator diuæ memoriæ Lothari[a] tertius ꝓmulgauit super hoc nouā cōstitutionē, q̄ posita est in titulo de beneficijs. Necessitate nāque suadēte poterat olim uasallus dño inscio, uel inuito feudi partem uendere: retēta uidelicet alia parte. Si uerò uel totum, uel partem uolebat per feudū aliquem inuestire: hoc licebat ei sine fraude facere. Si autē dissentiente domino uendebat, siue per feudū inuestiebat (qđ & ipsum syncerè hodie & sine fraude licet ei facere) si tamē sine hęrede masculo descēdēte đcedebat, uel feudū in manu domini refutabat, aut alia fortè ratiōe intercedente culpa amittebat: tūc omnis feudi alienatio ad irritū reuocabatur: eo excepto, quòd ille, qui secundo loco beneficium acceperat, non amittebat, si priori domino seruire, & ab eo feudū recognoscere uolebat.

Casus enumerat, in quibus etiam de iure antiquo alienatio fuerat prohibita. Bal.

Donare [f] autē aut iudicare pro anima, uel in dotem pro filia [g] dare, nullius curię poterat cōsuetudine: licet posset locare: nisi locatio eēt fraudulēta alienatio: sicut ē ꝑ libellū, ut dicatur vēditio. Quis enim dubitat, quod libellario nomine sub uilissima [h] duorū denariorum pēsione perpetuò cōcedatē uēdū, alienatum in fraudem esse? Porrò siue de bona consuetudine, siue de praua quæramus: concessa erat domino ꝑ æquali ꝑtio [i]

res est indiuisibilis, ut ff. de ser. lege, fi. & ff. si quis in frau. pat. l. 1. §. quamuis. & de regu. iur. l. ea quæ. & in summa ut in lib. Py. ut. licitum est in solidum, quod pro parte non liceret: licet contrarij sint alij tex. sequentes. Accursius.

a Meliorem. & in hoc similis est fructuario: ut ff. de usufruct. l. sed & si quid. §. proprietatis. idem dicitur de filio uel de seruo. C. de pa. leg. si ius. & C. de rebus credit. & iureiurando. l. nec filius.

b Quartæ. de hac quarta iure Romano reperitur, quod si maritus sine dote uxorem acceperit, & præmortuus fuerit maritus, uxor quæ superstes inopia laborabat, quartam partem suorum bonorum, si tres liberos, uel pauciores, undecunque habuerint, reseruare compellitur: alioqui si plures, in uirilem portionē cum ipsis succedit: in qua computabuntur alia sibi relicta a uiro: ut C. unde uir & uxor, & in authen. ibi posita, & in authen. de exhiben. & introd. re. §. fin. col. v. & hæc quarta nō debet excedere summam 100. li. auri: ut in authen. ut liceat ma. & auiæ. §. quia uero, col. viij. prospexit Iustinianus ad maximam dotis quantitatem, cum de tali quarta aliquid ordinauerit. hanc etiam quartā cogitur maritus uxori relinquere iure Longobar. ut in Lōbar. de ijs quæ à uiro in uxo. leg. 1. §. fin. sunt quoque multæ aliæ quartæ utroque iure inuentæ. sed de alijs nihil ad rhombum.

† Consuetudo loquārū prohibitoria: quia cō feudū cōcedēte acī ob singularem industriā & fidē uasalli, non debebat eum posse in alium transferre. arg. ff. de of. præf. præt. l. j & ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. 1. § prin. secūdum Alexā. & Bartol.

c Siue tertiæ. de hac tertia reperitur iure Longobardo, quoniam si Longobardus uoluerit relinquere in ultima uoluntate uxori suæ usumfructum de rebus suis ultra id quod debet sibi pro morgincapho, & methis. & habuit unum filium aut duos ex alia uxore: non possit ultra tertiam partē relinquere sibi ad usufructuandum. & uide in Lombar. de his quæ à uiro in uxorem dan. l. fin.

d Nec pignus. in hoc. §. quid de pignore obseruetur, nihil statuemus: quia in cōstitutione determinabitur.

e Est autem, optima consuetudine. Hic dicitur de optima consuetudine: alibi uero de beate. nam ut maiores q̄stiones ad apostolicā referantur, & sancta synodus & beata consuetudo confirmat: ut in decre. xvj. q. 1. ca. multis.

f Donare. In hoc uariatur uasallus ab emphyteuticario, qui tenet rem in emphyteusim à fisco, quoniā ipse potest rem emphiteuticariā donare: salua tamen ratione pensionis fisci. C. de fund. patri. l. 1.

g Vel in dotem pro filia. In hoc uariatur à liberto uasallus: quoniam potest libertus dotare filiam suam, & si non sufficiat reliquum ad legitimam patroni: ut ff. quæ in fraud. pat. l. 1. §. sed si libertus. nam & res, quæ subiecet restitutioni, diminui dotis causa licite potest: ut C. ad Trebel. le. iubemus. authen. cōtra. & C. cōia de lege. authen. res quæ.

h Sub uilissima. simile est quod dicitur. ff. loc. l. si quis uno nummo conduxerit, licet uideatur contra. ff de usu. do. l. si usufru.

i Aequali pretio. Sed nunquid hodie præfatus dominus uolens pro æquali pretio redimere, maxime in ciuitatibus, in quibus uasallorū feuda sunt, quæ pro ipsorum debitis creditoribus suis uenduntur? Et utiq; ut opinor, nam cum noua lex omittat. & uetus

redẽptio: nisi hoc beneficium amiserit dominus per refutationem,[a] uel annali silẽtio, ex quo sciuerit, computando. Præscriptione autẽ triginta annorum[b] submouebatur tam sciẽs, quàm ignorans: in prohibẽdo autẽ uel redimẽdo potior erat proximi agnati, quàm domini cõditio, si tamen feudũ erat paternũ. De illa uerò feudi alienatione, quæ à dño fit, si dubitetur, lex imperatoris[c] Corradi consulatur, quę posita est in iam dicto titulo[d] de beneficijs.

TITVLVS X.

QVIS DICATVR dux, Marchio, comes, capitaneus, vel ualuasor.

Primò ponit quæ personæ nobilitantur per feudum: & declarat gradus nobilitatis feudi: Secundo quæ sunt personæ, quæ nõ nobilitantur. Bal.

QVi à principe de ducatu aliquo inuestitus ẽ, dux solito more uocatur. Qui uerò de marchia, marchio[e] dicitur. Dicitur autẽ marchia, quia[f] marcha & ut plurimũ iuxta mare sit posita. Qui verò de aliquo comitatu inuestitus est, comes appellatur. Qui uerò à pricipe, uel ab aliqua potestate de plebe aliqua uel plebis parte per feudũ ẽ inuestitus, is capitaneus[i] appellatur: qui propriè ualuasores maiores olim appellabãtur. Qui uerò à capitaneis antiquitus beneficium tenẽt, ualuasores sunt. Qui autem à ualuasoribus feudum, quod a capitaneis habebatur, similiter acceperint, ualuasini[g] id est, minores ualuasores appellantur, qui antiquo quidem usu consuetudinem feudi nullam habebant. Valuasore autem sine filio mortuo, feudũ, quod ualuasori minori dederat, ad capitaneũ reuertebatur. Sed hodie eodem iure utũtur in curia Mediolanensi, quo & ualuasores. Cæteri uerò qui ab antiquis temporibus beneficium non tenẽt, licet nouiter à capitaneis seu à ualuasorib. acquisierint, plebeij nihilominus sunt. Nam illi, qui soldatã habuerũt, uel acceperũt uel habẽt: per eã nullũ pedagium, sed nec feudi usum acquirunt. Soldata autem est præstatio quædam annua gratuita, quę à neutra parte transit in hæredem. Morte enim dantis, uel accipientis interueniẽte finitur. Soldata uerò dicitur, quia plerũque in solidorum donatione consistit: quandoque autem in uino & annona consistit.

TITVLVS XI.

DE SVCCESsione fratrum, uel gradibus succedentium in feudo.

Feudum acquiritur inuestitura & successione. Nam uasallo mortuo prima causa ẽ liberorum masculorum, filiorum, nepotũ, & aliorum descẽdentium: sed filiæ, neptes & proneptes non succedunt ipsæ, nec nati ex eis, nisi feudum sit fœmineum, uel eo pacto acquisitum: non exstantibus autẽ liberis succedunt fratres primo, & filii fratrum, deinum agnati ulteriores, si feudum sit paternum. Bald.

PEr Successionem[h] quoque sicut per inuestituram beneficium ad nos pertinet.

---

suetus consuetudo in alienatione obseruetur: meritò ueteri non est detrahendum: maxime cum illud specialiter non sit correctum, & ideo stare non prohibetur: ut C. de ta sta. l. sancimus.

[a] Per refutationem. intelligas, id est ius suum refutando. est enim iuris antiqui regula. omnes habere licentiam his, quę pro se introducta sũt renunciare: ut C. de pact. l. si quis in conscribendo. Et not. quod antiquitas uidetur consonare cum statuto ciuitatis Vincentiæ: quod tale est: si per annum & diem distulerit creditor se cundum ius suum exequi uel allegare a tempore uenditionis factæ: postea nõ audiatur, nisi interruptionem instrumento confecto per manum tabellionis bonæ opinionis ostenderit: licet quibusdam uideatur iniquum, & non ex codicis ratione scriptum. hic ergo de annali exceptione habetur, de eadem habetur. C. qui admit. ad bo. pos. l. emãcipati. Et est notandum, quòd huiusmodi tempus à tempore scientiæ demum currere debet hic, sicut & alibi: ut ff. quis ordo in bo. poss. seruetur l. ij. & de hac annali exceptione legitur. ff. de success. edi. lege. i. §. largius. Accur.

[†] Tempus pòst scientiam currit.

[†] Alias, quia tenet quod est iuxta mare, cũ plerumque iuxta mare sit posita.

[b] Triginta annorum. hoc intelligo de illis fuisse dictum quibus potest de iure talis præscriptio currere: ut C. de præscript. xxx. anno. l. 2. Sed nunquid hæc antiquitas corrigitur? Resp. hoc in cõstitutione Fride. determinabitur domino fauente. illud tamen quod sequitur, non est omittendum, scilicet, quòd proximior agnatus redimendo, vel prohibendo dominum excludit: unde apparet quòd necessariarum personarũ ratio habetur, ut s. notatum est.

[c] Lex imperatoris. & alia lex imperatoria Friderici, imperialem decet solertiã, &c. §. præterea ducatus & s. de l. Corradi. §. ex ea lege.

[d] Titulo. scilicet in Lombarda. Accur.

QVIS DICAtur dux. &c.

[e] QVi à principe. Marchio, & comes propriè dicuntur capitanei regis, uel regni. Alij uero, qui ab ipsis feudum accipiunt, dicũtur propriè ualuasores regis: sed hodie capitanei appellantur: ut s. qui feu. da. pos. in prin.

[i] Capitaneus. similiter & ille, qui feudum accipit à marchione uel comite, capitaneus hodie propriè dicitur ut s. proxi. notatum est.

[g] Valuasini. sed illi, qui à minorib. feudum accipiunt, dicũtur minimi ualuasores: ut s. ti. an maritus succedat uxori in benefi. ca. si fœmina, & ca. seq. Acc.

DE SVCCESsione fratrum, vel gra. &c.

[h] PEr successionem. Hic nota, quòd

quod feudi successio sic defertur ad hæredes descendētes, sicut hæreditatis successio iure nouissimo: vt hic, & ī. de success. feud. in prin. & in authen. de hære. quæ ab intesta. def. in prin. & §. j. coll. ix. & J. de na. succes. feu. in prin. descendentes autem ideo dixi: quia ad lineas ex transuerso non porrigitur, nisi antiquum & descendentibus deficientibus: vt hic, & ī. de succes. feud. & infra, de na. succes. feud. Accur.

a Fœminini sexus. licet fœminæ vt masculi succedant, legibus tamen a successione feudi fœminæ remouentur, & earum filij: vt supra de ijs, qui feud. da. pos. §. hoc autem nol tandum. Accur.

b Qui nouum. sicut hæredi incumbit probatio si aliquod nouum in testamēto testatorem asserat addidisse: vt ff. de probatio. l. cum tacitum. & illud intelligo quando neuter possidebat: quia possessori non solebat onus probatio nis incūberet: vt C. de probatio. l. s. & l. actor. nisi forte post fundatā actoris intētionem. tunc enim & reus probare deberet. C. de proba. l. siue possidetis. Accursius.

c Pronunciatum. quod forte ideo factum fuit, quia maior erat pro actore præsumptio, & ideo dicitur quòd non datur semper possidenti iusiurandum: vt infra de consue. re. feu. c. sicut tamē ... huic simile est. C. de iusiuran. l. in bonæ fidei. Iudici autem merito indagandum committitur, cui sit potius iusiurandum deferendū: quia æquitatē ante oculos habere debet. ff. de eo quod cer. lo. l. quod si Ephesi §. vlt. licet dicatur aliter actore non probante &c. vt ī notatum est. & not. J. & ff. de iud. l. s. & C. de aden. l. qui accusare. huic autem consonare videtur, quod legitur in crimine falsi. C. ad legem Cor. de fal. & vbi huius quæstionis dominus iudex est, vt J. de val. decre. quidam.

Mortuo enim eo, qui beneficium tenebat, prima causa liberorū est. filijs enim existentibus masculis, vel ex filio nepotibus vel deinceps p masculinum sexum descendentibus, cæteri remouētur agnati. Ad filias verò seu neptes vel pneptes, vel ex filia nepotes seu pronepotes successio feudi nō ptinet. Proles.n. fœminini sexus,[a] vel ex fœmineo sexu descēdēs, ad hmōi successioné aspirare non potest: nisi eius conditionis sit feudum, vel eo pacto acqsitum. His verò deficientibus, vocantur primò fratres cum fratrum premortuorum filijs, deinde agnati vlteriores: Quod ita intelligendum est, si feudum sit paternum, hoc est, si fuit illius parentis, qui eius fuit agnationis cōis. Si enim † Titij auus de nouo beneficio fuerit inuestitus, Titio sine legitimo hærede masculo defuncto, eius feudi successio non pertinet ad eiusdem Titij patruum magnum, nec ad prolem ex eo descendentē: imò reuertitur ad dominum. Ad cognatos enim eius beneficium nō pertinet: neque beneficij successio. Si vero dominus, vel alius beneficium defuncti nouum eē dicat, agnatus autē illius proximus paternum esse contēdat: tunc onus probationis incūbit illi, qui nouum[b] dicit. Sed scio aliter pronuntiatum[c] esse. Bonus enim iudex causa cognita diligenter intuebitur, cuius potius iureiurādo dirimēda sit hæc quæstio, vtroq; .s. in probatione deficiente.

TITVLVS XII.

DE FRATRIBVS de nouo beneficio inuestitis.

In feudo non habet locum ius accrescendi inter eos, qui præcendunt primam seu primordialem inuestituram. Bald.

SI duo fratres de nouo beneficio & non de paterno simul inuestiti fuerit: vno sine hærede defuncto, ad alterum nō pertinet eius bñficij portio:[d] nisi facta fuerit eo pacto inuestitura. Si duo fratres in cā † cōi post mortē patris remāserint, i. habitauerint simul, & vnus eorū feudū acquisierit:[e] plerique dicunt ad alium non pertinere, sed ad dominum, nisi per pactum: sed neque viuente eo, q acquisierit, neque post

tibi solicito. i. tibi studioso qui solicitus esse debes, ad indagandum relinquo. Py. posses forte dicere tunc ad vasallum totum pertinere: maxime alterius partis ratione quam possidet, vt supra de cō. inuesti. §. cum autem quis dixerit, imo & ratione possessionis quam in totum habet, & maxime cum sit reus: qui fauorabilior esse debet: vt ff. de regul. iu. fauorabiliores, & promptiores sumus ad absoluendū quā ad condemnādum: vt ff. de actio. & obliga. l. Arrianus. nec mirum cum ratione rei indiuisibilis quid permittitur qđ alias non permitteretur: ar. ī. de inuest. rei. ali. §. ex contrario. contra videtur quòd dominus totum debeat habere. s. eadē ratione, quia res est indiuisibilis: & maxime cum dominus debeat esse maioris authoritatis, quam vasallus, nimirum alias licite petitur in solidum quod p parte nō peteretur: vt ff. de ser. l. vlt. ff. de regu. iur. l. ea quæ. Item si dominus agit ut res liberetur, & maxime quando est seruitus: merito debet esse potior vasallo. argu. C. de communi ser. ma. l. prima, & maxime si dominus emat aliā portionem a vasallo, vt ibidem est argumen. Sed dicet so licitus: inferre pacti exemplum rerū indiuisibilium? Respō. seruitus & statua dicitur indiuisibilis, at. ff. de leg. 3. l. 11. § penul. & si qua alia sunt, & ita decurre, vt J. eo. feudū enim &c. simile est huic ff. de contrahen. emptio. l. pacta. ff. de pac. l. iurisgentium. Not. etiam hic expressum, quòd per pactum licet quod alias non liceret, ut notauimus ī. de succes. feud.

d SI duo fratres. Portio. quid ergo si portio fieri non valet, cum forte res sit indiuisibilis? Respon. ne tu leuis efficiaris, hoc

e Acquisierit. intelligas. s. suo noīe tātum: licet de pecunia cōi fuerit, nimirum de communi pecunia quid emator, nihil interest, sed cuius nomine id fiat, inspiciendum est: vt C. si quis alteri vel sibi. l. qui alienam, & C. de probs. l. ad probationem, & C. de rei ven. l. si ex ea. generaliter enim pecuniæ origo non inquiritur, vt C. si cer. pe. l. vnde, & l. quamuis. sed casualiter quædam notantur quæ satis supra, qui feud. dare possunt, notata videntur.

† Oppo. Ia. de Bel. qđ in beneficio succedant agnati & descendētes per lineā transuersalem: vt ī. pri. §. & infra de na. suc. feu c. 1. & de succe. feud. in princ.

† alibi Casa legitur. Pet. Vēd.

Pactum licitum facit quod alias non liceret.

Fructus.

a Fructus intelligo maxime cum de cõmuni fuerit acquisitum: licet in superiori nihil intersit: & hoc ad similitudinẽ quasi castrẽsis peculij videtur statutum: vt C. de adno. diuer. iudi. l. fori.

b Dicunt. hoc intelligo quando domino ignorante fuit acquisitum de pecunia communi. secus si eo sciente. tunc enim frater succederet in eo, & ei pro parte acquireretur vt s. de beneficio fra. c. j.

c Restituendum. & hoc veniet in iudicio communi diuidundo, vel fami. erc. vt C. communia vtriusque iudi. l. patruus. Accur.

d DE INVESTITURA quam Titius accipit a Sempronio.

e Titius à Sẽpronio. alias non erat hic tit. sed cap. iii. & quia hic est paruus dubitatio, eadem erit expositio, vel nulla.

f Responsum. simile. s. an maritus succedat vxori in beneficio. c. si fœmina.

g DE VASALLO decrep. &c. Alias non erat hic tit. sed ca. tantum.

a Vidã. Prius esse, quod haedi cium nihil dominus esse paternũ, intelligo nisi ad hoc refutauit omnino quasi de no uo beneficio ipsos inuestiret, sed intelligo cõsentientib. his, ad quos p successionẽ ẽ veturũ: vt J. de eo, qui sib. se ag. de feud. pater. cap. tres erant agnau. Et no est ã. quib. mod. feud. amit. § pterea. huic simile ẽ, quod de solutione dr. nã sicut hic non tenet pactio vel refutatio ita facta vt reinue-

* Facit ad hoc quod no. supra, Impe. Lotha. Euge. Papæ. c. 1. & ar. ff. de vsu. l. si sti pulatus, & est hoc ar gu. ad q. quæ nor. ff. de pec. l peculiũ. §. si ere. & de imp. in re. do. fac. l. qp dicitur.

mortẽ eius: fructus[a] tamẽ erunt cões, donec simul habitauerint. Quòd si cũ equis & armis cõibus, vel pecunia cõmuni sit acquisitum: adhuc idẽ dicũt:[b] ne fortè inuitus dominus aliũ, quàm quẽ voluerit, sibi acquirat vasallũ: dum tamẽ meminerimus id, quod de cõi expensum est, alteri ꝓ parte competenti esse restituendum.[c]

TITVLVS XIII. DE INVESTITVRA quam Titius accipit a Sempronio.[d]

Maritus non succedit vxori in beneficio, ea mortua sine hærede. Bald.

Titius a Sẽpronio[e] talem iuestiturã accepit feudi, vt haberet ipse & hæredes sui legitimi masculi: & ijs omnibus deficiẽtibus, fœminæ. Porrò Titius superstite tantùm filia decessit. Ipsa a domino inuestita fuit, & feudum in dotem dedit: maritoq; superstite sine liberis decessit. Quærebatur, si ad maritum successio feudi pertineat: Responsum[f] est, non pertinere.

TITVLVS XIIII. DE VASALLO decrepitæ ætatis, qui feudum refutauit, ut filij inuestirentur.[g]

Si vasallus decrepitæ ætatis feudũ refutauit, ut filii inuestirẽtur, & inuestiti sunt: postea decedente altero filiorũ post inuestituram fratre superstite, & sine hærede, frater sibi succedit, & non reuertitur ad dominum: quia feudum adhuc paternum dicitur, & non nouum. Bald.

Quidã vasallus cum decrepitæ ætatis esset, seu dũ suũ i manu domini ad hoc refutauit, vt Seium & Sempronium filios suos de eodem beneficio inuestiret. Vasallo mortuo, Sempronius sine lɛ́gitimo hærede, Seio adhuc superstite decessit. Lis est inter dominum, tãquam nouum feudum sibi delatum esse dicẽtem: & Seium, paternum esse[h] contendẽrem. Vnde eorum sententia præualuit, qui dixerunt hoc feudum quamuis refutatum, nihilominus esse paternum.

TITVLVS XV. DE INVESTITVRA IN maritum facta.[i]

Si contentio est inter maritum filiæ vasalli & agnatum de beneficio, an sit paternum vel nouum, quæstio dirimi debet coram iudice ordinario uel arbitro, non corã domino, vel eius curia. Bald.

Vasallus superstite tantũ vna filia decessit: illa verò maritum accepit, cui dominus accepta pecunia partem feudi, quod pater puellæ habebat, retenta sibi parte altera, dedit. Nunc quidam agnatus defuncti cum marito agit, dicens totum hoc feudum esse paternum: & ideo omnimodo esse ad se deuolutũ. Econtra maritus contendit hanc partem, quam ipse habet, nouum feudum esse: & ideo domino apertum. quæritur igitur, vtrum apud dominum eundem,[k] & in eius curia cogatur agnatus defuncti litigare, vel apud agnati iudicem, vel arbitrũ vtriusq; consensu electum hoc esse debeat? mihi & alijs placet potius apud iudicem ordinarium vel arbitrum, quàm apud eundem dñm hoc litigiũ fore determinandũ. Item placet, agnatum non semper cogendum probare feudum hoc esse paternum, sed ab aduersa parte nouum esse probandum. Qua deficiente in probatione, tũc agnato (vt dictũ est) causa cognita detur electio, quatenus vel iuret esse paternum, uel alteri parti referat[l] iusiurãdum: & ille aut iuret, aut taceat. Illud tamen sciendum

solutione ita nulla est solutio, quæ sic fit, vt nummi reddãtur. nam qui soluit vt repetat, nihil agit, vt ff. de so. l. qui sic. Accur.

i DE INVESTITURA &c. Alias non est hic ti. sed §. tantum.

k Vasallus: Dominum eũdem. nec mirum vid: turcum vterque domini se vasallum asserat: licet vnus de nouo, & alius de veteri contendat, cur ipse iudex non est. Accur.

l Referat. hoc ideo

est, quòd si inter duos, q dixerint se esse uasallos, de feudo fuerit dubitatio alter alterũ inuitũ trahere nõ pôt ad dñm [a] uel eius curiæ iudicium. Si uerò cũ sua curia dominus uocauerit eos, nemini eorũ licet illius domini, uel eius curiæ examẽ declinare.

TITVLVS XVI.

DE CONTROuersia feudi apud pares terminanda. [b]

SI inter dominum & uasallum [c] de feudo orta fuerit contentio: p pares illius domus, sicut lex Corradi dicit, dirimatur: si tamen pares habeat. Et si quidem dominus & uasallus cõsenserint in eligendis paribus: nulla dubitatio est. Si uerò dissentiant, tunc quid faciẽdum [d] sit, quæritur. sed præualuit eorum sententia qui dixerunt dominũ debere eligere prius quem, aut quos uoluerint: & uasallus similiter hoc faciat secundũm numerum à domino comprobatum. Ille tamen uasallus, qui fidelitatem domino nou iurauit: domino uel uasallo dissentiente, pro pari non est eligendus.

TITVLVS XVII.

DE EO, QVI SIBI, uel heredib. suis masculis & fœminis, inuestituram accepit. [e]

Si uasallus pro se & hæredibus suis masculis & his deficientibus, fæminis inuestituram accepit, fæmina non succedit in beneficio, quandiu masculus superest quinimo nec debet uasallus qui feudum à uasallo recepit, per fæminam recognoscere, si masculus superest. Bald.

QVi sibi uel heredibus suis masculis, uel his deficientibus, fœminis per beneficium inuestituram feudi accepit: una tantum filia superstite, nullo alio descendente relicto decessit. hæc marito paternũ feudum in dotem dedit, & decessit duobus filijs ex eo procreatis: quorũ unus duas filias reliquit: alter uerò uno filio masculo relicto decessit. de pdicto itaq; feudo urgẽtẽ uidim⁹ q̃stionẽ: masculo quidẽ hoc feudũ totũ sibi, quia solus eius, qui primò inuestituram accepit heres masculus sit, uendicante, fœminis uerò totam sui patris partem sibi defendentibus, quia ex illo nullus extitit masculus. Cumq; inter sapientes sæpe super hac questione sit disputatũ: tandẽ p masculo [f] p nunciatũ ẽ. Nõ enim patet locus fœminæ ĩ feudi successiõe, donec masculus supest ex eo, q prim⁹

---

ideo, quia manifeste turpitudinis est nec uelle iurare, nec sacramentum referre: ut ff. de iureiu. l. manifestæ.

[a] Ad dominum. & istud est intelligendum propter feudi incertitudinẽ, sec⁹ enim foret, si inter duos uas. contro. esset. Sed quid ẽ, quod. ĩ. dicit, scilicet quòd nemini licet curiæ examen declinare? sic intelligo non licet, id est, indecens est ei. non autem quòd non possit examen eius declinare. similia studiosus inquirat. Sed quid si alter uasallus uocatus uenire ad dominum uel eius curiam contempserit? R. esp. sine pœna abibit. sed tu instabis. nonne debet uenire allegaturus saltem priuilegium suum: ut ff. de iudi. l. si quis ex aliena? Respon. illud loquitur in iudice ordinario generali. at hic licet sit ordinarius inter aliquos & paucos: non tamen in alienam messem manũ ĩmportabit. sed corrigitur infra an apud iudi. uel curiam domini quæstio feudi terminari debet c. ex eo &c.

[b] DE CONTROuersia feudi apud pares terminanda.

Aliàs non erat hic ti. aliquis, sed malè.

[c] SI inter dñm & uasallũ. huic c. glo. ... talem. uacat istud capi. propter inferius ca. capositum. ĩ. de contro. inter uasal. & episcopum.

[d] Faciendum quòd dicitur in isto capi. mirum uidetur, scilicet quòd possunt eligere quos uolunt ad iudicandum inter ipsos: cum alibi dicatur eum iudicem non esse prestandũ, quem postulauerit aduersarius: ut ff. de iudic. leg. obseruandum? R. illud loquitur, quando altera pars ignorabat postulationem ipsius: hic autem uterque sciebat, & consentiebat, & licitum est ex consensu, quod alias non liceret: ut C. de episc. & cleri. authen. generaliter, in fi. & arg. C. de transact. l. si diuer. a. maxime cũ hoc sit litigantium fauore inuentum. unde apparet, quòd licite possunt renunciare: ut C. de pact. l. si quis in cõscribendo, & ff. de mino. l. si iudex. & in summa si nis casus, in quibus de iure possunt relaxari utroque consentiẽte, inquiras C. de episc. & cleri. authen. generaliter, in fi. & ff. de fer. l. 1. §. 1. & l. si feriatis. & de in ius uocan. l. quamuis, & de re iud. l. si cõuenerit. & ad senatuscon. Turpi. l. ulti. in fin. licet uideatur contra. ff. de postu. l. quos prohibet, & C. de iurisd. omnium iud. l. priuatorum. & de iureiur. pro. cal. dan. l. 2. §. sed quia. Illud autem notabiliter est notandum, q ille non est eligendus pro pari domino uel uasallo dissentiente, qui fidelitatem non iurauit. sed cum ille solus excipiatur, indifferenter alij eliguntur: ut ff. de iu. l. cum prætor. sed intelligo, dum tamen idonei sint ad iudicandũ. Hic quæri consueuit: si conuentus uelit actorem [e] reconuenire forte de alia causa, utrum possit curiæ examen actor declinare, quasi curia non possit extra causam feudi aliquid inter ipsos iudicare? Respon. non poterit: Imo si agat de omnibus etiam causis apud eandem curiam, se debet defendere. argu. C. de sen. & interlo. om. iu. l. ulti. & authen. ibi posita, & consequenter &c. & ff. de iudi. l. 2. §. omnes. & l. qui non cogitur. nam ibi non distinguitur: quare nec nos distinguere debemus. decurras in thesauris tuis.

[e] In hoc dicito, q̃ aut reconuentio cõtinat quippiã ẽ feudo dependẽs, & tũ ad eũdem iudicẽ remittendũ esse, ut ff. de qb⁹ re. ad eũ. iud. eat. leg. 1. Aut aliqd omnino extraneũ: tumq; ad eundẽ iudicẽ remissionẽ nõ fieri: ex e. tl. de qbus re. ad eũd. iu. Sed ex natura cõuẽsionis iure antiquo pmissa, erat reconuentio corã partiũ iudice dũtaxat q iurisdictionẽ aliã quã haberet. Sed nõ tãtũ ĩquit Bal. siue sit alteu siue uel delcẽsiue: ut ff. de iurisd. omniũ iu. l. si idẽ cũ eo. §. sed si mulier. At iure nouissimo ampliatũ eẽ ait idem Baldus ut etiã corã iudice delegato ad nuã etiam locum habeat extra, de rescript. ca. dispendia. §. rens. li. vj.

[e] DE EO QVI sibi, uel hæredibus suis masculis &c.

Aliàs non erat hic ti. sed ea tantum.

[f] QVi. Pro masculo. Istud capitulum sæpissime posset accidere: & ideo ualde est notandum

de hôc feudo fuerit inuestitus. Nã & illud iudicatum scio, si ille qui propriũ feudum suum; militi pro beneficio dedit, duobus filijs relictis decesserit, quorũ unus filia tantũ relicta obijt, alter uerò filio masculo relicto su pstite defunctus ẽ: q̃ miles nõ debet feudũ suum per fœminã recognoscere, donec superest masculus ex eo, q̃ primã inuestiturã fecit. Alij dicũt per filiam debere recognoscere, cũ despater no allodio esset hoc feudum. alioqui si aliũde esset, uerũ esset, quod dicitur, per fœminam nõ debere recoguoscere.

TITVLVS XVIII.

DE DVOBVS fratribus à capitaneo inuestitis. [a]

Si duo fratres simul de nouo beneficio a capitaneis fuerint inuestiti: ut quandiu ipsi uel eorum hæredes masculi uiuerẽt: & masculis deficientib fœminæ feudũ haberent: decedente postea uasallo altero: si masculus uel fœmina ex eo superest, fratri non succedit: aliàs succedit. Bal.

DVo fratres. scilicet Titi[9] & Ser[9], a quodam capitaneo de nouo beneficio simul inuestiti sunt: eo uidelicet tenore, ut quãdiu ipsi uel eorũ hr̃des masculi uiuerẽt, & masculis deficiẽtib. fœminæ, si superessẽt, feudũ haberẽt. Ex fratribus his vnus una filia relicta, altero adhuc viuẽte decessit. Quæritur, cui portio defuncti deferatur, utrũ filiæ, au fratri? Respondetur, filiæ. Vnusquisq;.n. sibi suisq; hæredibus uidetur prospexisse: [b] si tamẽ is, qui filiã reliquit, sine hærede decessisset: propter tenorẽ inuestituræ insertum, eius pars fratri, non domino est quæsita.

TITVLVS XIX.

AN REMOVERI debeant testes, qui pares esse desierunt. [c]

Si inter dominum & uasallum contentio est de inuestitura, illi, qui pares fuerunt tẽpore inuestituræ, non remouentur postea à testimonio: licet desierint esse pares. Bal.

EX facto quæsitum scio: si inter dominũ & fidelẽ de inuestitura feudi cõtentio emerserit, quia factã eã dominus neget: si uasallus offerat eos testes, qui tempore inuestituræ pares erãt, sed postea quali bet ex causa [d] pares eẽ desierunt: an ideo sint remouendi, quia nunc nõ sunt pares? Sed quamuis alij aliter sentiant, tamẽ mihi & quibusdam alijs uidetur sufficere eos tẽpore inuestituræ saltẽ pares [e] fuisse. Quid enim peccauit, q̃ inuestiturã accepit, si illi, quos eo tempore, utpote idoneos, adhibuit: postea pares esse desierũt?

TITVLVS XX.

DE CONTROVERSIA INter episcopum & uasallum. [f]

Si inter episcopum & uasallum est contentio de inuestitura ab eius prædecessore facta, pares curiæ cognoscunt: prius tamen debet inuestiri de suo proprio & recto feudo, quam principalis quæstio dirimatur. Bal.

EX eo, quod scriptum est, si inter dominum & uasallum de feudo nascatur quæstio, quòd per pares eiusdẽ curiæ dirimenda sit: quæsitum est: si quis dixerit se à quodã episcopo [g] for-

tandum. Et not. in eo potissimè, quanto sit potior masculorum quam fœmininorum conditio, sed mirum est, quod dicitur hic scilicet q̃ masculus excludit germanã suam, cum iam ad fœminam transiuit fecerit feudum. Nũquid enim hic masculus excludit amitam suam viuentem? Et utique eadem æquitate durante: alias non licebit hæredi quod defuncto licebat, & erit contra ff. de rego. iur. l. hæredẽ, & l. qui in ius, & ff. de bo. lib. si ex. & no. s. de feud. mar. ca. 1. Hic etiam not. q̃ ex rerum qualitate & differentia licitum deprehẽditur, quod alias non liceret, ut s. prædicto ti. & ca. notatur.

a DE DVOBVS fratribus à capite. &c.

Aliàs nõ erat hic titulus, sed capitulũ tantum.

DVo fratres. b Prospexisse. Illud habetur ff. de probatio. l. si pactum. Quod autem in fine dicitur, scilicet q̃ a fratre dominus excluditur, accidit propter pactum, q̃a dictũ fuit expresse. alioqui frater excludit à domino, ut s. notatum est. Acc.

c AN REMOVERI &c.

Aliàs nõ erat hic tit. & male.

EX facto quæsitũ. d Qualibet ex causa. Hoc ca. inueni glo. talem, uacat hoc cap. propter inferius proxi. ex eo & propter superius, si inter dominum.

Temporis tractu inualida q̃ndã ualidãtur.

e Pares. hoc idem in testamentis seruatur, nam si facti testamenti tempore fuerit quis idoneus, licet postea fiat minus idoneus, nihilo minus tamen tenet testamentum, ff. de testa. l. ad testium, §. 1. & idem intelligo si non erat idoneus, sed communi opinione putabatur idoneus. C. de test. ordi. l. 1. & insti. de testa. ordi. §. testes. Sed si quis cognatis suis aliquid relinquat, & tempore testamenti cognati erant, licet cognati esse desinant, nihilo minus legatum habebunt, ut ff. de reb. dub. l. si cognatis. Quod autem in fin. dicitur, quid enim peccauit &c. hæc nõ uidetur ratio sufficiens? nimirum & & si propter iustam culpam de paribus esse desierit aliquis, nihilominus tamen testis esse poterit, hic enim non est modus interdicendi testimonium.

f DE CONTROuersia &c.

Aliàs nõ erat hic titulus, sed capitulũ tantum

EX eo. g Quondam episcopo. vel alio de beneficio, si de alijs dixerit, quòd in alijs

tasis iā defuncto de annua præstatione, aut qualibet alia re per feudum inuestiturā accepisse, & cū successore eius agat, & ille respondēdo neget hunc esse uasallum: utrū per pares eiusdem curiæ sit iudicādum super hac quæstione? Opponit enim uasallus, q dominus eum negat esse uasallū, & ideo in ea curia pares non habet. Item dicit uasallus quòd prius de suo recto [a] feudo debet inuestiri, quàm a nemine iudicari: domino respondēte, quòd quicquid inter eos, siue de inuestitura, siue de fidelitate, siue de principali causa agendū est, per suam curiam est expediendum. Sed laudatum sæpe scio, pares illius curiæ secundum præfatū modū [b] esse eligendos prius: ad quorū spectat officiū, ut illū prius de suo recto feudo [c] inuestiri faciant: sed fidelitatis iusiurandum differatur, donec de principali causa cognoscatur. ex illo enim apparebit, utrū iurare debeat, an non. quod totū expeditæ quæstionis est. Sed si constiterit uasallū aliqd aliud [d] præter id. de quo quæritur, ab eodem domino tenere pro feudo: tūc quin debeat de suo recto feudo inuestituram accipere, & fidelitatem iurare, & sic ad principalem causam accedere; [e] non est dubitandum.

TITVLVS XXI.

DE VASALLO milite, qui arma bellica deposuit. [f]

Miles seculi, qui factus est miles Dei, ex eo quod uenerabilē domum intrauit, & feudo renunciauit, feudum amisit. Bal.

Miles qui beneficiū tenebat, cùm esset sine liberis, uenerabilem domū intrauit, & seculo renunciādo, arma bellica dposuit, habitūque religionis assumpsit, & sic cōuersus fact' est. [g] hic donec uixerit, feudū retinere conatur, qd dñs uel agnatus sibi pertinere cōtendit. Sed iudicatum est, domini [h] uel agnati conditionem esse potiorē, eo quòd desijt esse miles seculi, qui factus est miles Christi: nec bñficiū pertinet ad eum, qui non debet gerere officium. †

TITVLVS XXII.

DE MILITE VAsallo, qui contumax est. [i]

Primò dicit, qualiter procedatur contra uasallum domino querimoniam exponente de eo, qui incidit in culpam. Secundò qualiter procedatur contra dominum uasallo dicente se ab eo spoliatum feudi possessione. Secūda ibi, Si uerò uasallus. Bal.

Dominus uocat militē, q ab eo feudū possidebat, dicēdo eum in culpā incidisse, per quam feudū amittere debeat. hic non respōdet. Quæritur, qd faciēdum sit domino? Respōdeo, eū ad curiam uocare debere: & si non uenerit, iterum eum debere uocare usque in spatio tertio septem uel decem dierum, [k] & arbitrio eiusdem curiæ terminando. Quòd si neq; uenerit ad tertiam uocationem, [l] hoc ipso feudum

In alijs nō possit habere locum exemplum de annua præstatione, nisi quis diceret aliud esse in feudo cameræ seu canenæ. illa enim ab hæredibus siue successoribus clericorum non præstātur: ut s. dictum est de feu. cameræ. uel potest etiam exemplificari in clerico. nam licet iniuste agat uasallus, nihilominus tamen ratio est facienda est.

[a] De suo recto. Nota. quòd hic ante petit inuestituram recti feudi; secus esset, si specialiter peteret inuestituram alicuius rei: ut ī. in distin. quam fecimus.

[b] Secundum præfatum modum. scilicet qui est. s. de controuer. feud. apud pares terminanda. c. si inter dominum.

[c] Suo recto feudo. sed hoc forte in eo casu tantum est exaudiendū, quādo & de hoc erat controuersia, an illud teneret pro feudo.

[d] Aliquid aliud. hic potest not. quòd ratione adiuncti licitum deprehēditur, qd alias eēt illicitū: ut alibi notauit iurisprudentia. Accur.

[e] Accedere. sed nunquid debebit episcopus condemnari postea ad illam annuā præstationem, si probatum fuerit illum inuestitum fuisse a prædecessore suo de illa? Respond. forte non: imo absolui debet, qa forte morte dantis fuit finita: ut s. quis dicatur dux uel mar. capit. q a principe. nisi forte dicas, quòd aliud sit in soldata, quæ non præstatur nomine feudi: ut ibi dicitur. Accur.

[f] DE VASALLO milite qui arma &c.

Aliàs non erat hic titulus, sed capitulum tantum.

[g] Miles q. Fact' ē & cætera. Idē si esset factus clericus: ut infra titu. an mutus uel aliter imperfectus. capit. mutus. in fin. nec proderit si hūc habitum postposuerit: ut ī. si de feud. controue. fue. cap. qui clericus, & ī. de bene. feu. in fi.

[h] Vel agnatus.* domini. intellige quando successorem non habet': & merito est potior causa domini uel agnati: quia cum monasterium ingreditur, rerum suarū dominus esse desinit: ut ergo non dominus, nec testari poterit: ut C. de sacrosan. eccle. authen. ingressi. Accursius.

Ingressus monasterium rerū suarū dominus esse desinit.

[i] DE MILITE uasallo, qui cōtumax est.

Aliàs nō erat hic tit. sed casu tantum.

Omnia 7. uel 10. dierū. sed hodie hæc solennitas non seruatur in 7. uel 10. dies: sed plus patet large curiæ officium ut suo arbitrio terminum constituat: quod quotidie usitatur: sed iure Romano alia solennitas in citando obseruatur. Accur.

†Facit ad hunc tex. secundum Bal. l. Lucius. ff. de fideicom. li. & ff. de pac. l. tale pactū. §. final.

[l] Tertiam uocationem. hoc merito accidit: quia cōtumax est, qui trinis edictis citatus iudici se non præsentat. & luidā no cōtumacia eorū qui iudici non obediēt perit, coercetur: ut ff. de re iudi. l. contumacia. idem est si unum duntaxat edictū mittat pro omnibus: ut C. quomodo &

do & quando iudex.l.consentaneum. Sed illud in feudo 2 non obseruatur, scilicet quòd pro omnibus edictis unum duntaxat proponatur.

2 Istud ultimum dictum glo. sequũtur Baldus & Alua.

a Amittat. & merito. hoc enim ipso, quòd non uult iustitiam facere domino suo, feudum perdit: 2 ut j. in qui.cau.feu.amitta. ca. item qui domino suo. alias ca.illud te non lateat.

a Reprobatur secundũ Alua.& Bal. nisi loquatur in uero contumace.

amittat: a & ideo debet curia dominum mittere in possessionẽ. Sed b si intra annum uenerit, restituitur ei possessio: alioqui & beneficium & possessionem amittit: ut in Lombarda de ijs, qui ad palatium uenire contempserint.l.si cuiuscunque.

b Sed.alias sed sic. alias secus: & utraq; litera bona est. & correctiue ponitur ad antecedentia uerba: quia sufficit ante litem contestatam si dominus in possessionem mittatur & bene sequitur, si intra annum ueniat, quod possessionem ualeat recuperare. nam legitur idem in C.de præscript.30 an.l. si quis emptionis.§. sed si quis. Sed dicit studiosus: quæro a te iuris prudentia, qualiter secundum ius tuum sit citatio facienda: & hoc percepto, si consuetudo deficiat, saltem iure tuo in causa procedere ualeam: sicut expositum est, ſ.de feu cogni. cap. 1.& ij. iuris prudentia respondit: quia tu & me & alios frequenter interrogasti, quatenus de citatione quid sentirem, ostenderem: ideo maxime tuis motus precibus de ea quid sentiam, paucis explicabo. qui habet aures audiendi, audiat. modo eum de citatione quia plenissime desiderat scire, hæc inquirat scilicet qui iudices possunt citare,& qui non: & qui citari possunt,& quando: etiam quot sufficiant citationes: & quod interuallum debeat esse, inter unam citationem & aliam: quid olim, quid hodie de hoc interuallo obseruetur: & quis sit citationis effectus. Et citare possunt iudices ordinarij, 3 delegati autem nequaquam, siue pedanei, sicut nec sententiam possunt executioni mandare, ut ff.de re iudi. l. a diuo Pio, in prin. & C.de iu.l.sancimus. & intelligo si non sit delegatus a principe iure nouo, nec etiam nouissimo iure a principe delegatus recte citabit, ut C.quomodo & quando iudex auth.qui semel. & supradicti licet citare non pñt, inquirere tamen ualent: ut C.de iudi.l sancimus. Dictum est ergo a quibus citatio possit fieri: nunc dicendum est qui citari ualeant: & utique possunt citari tam actor quam reus. restat igitur uidere quando: & utique ante litem contestatam reus ualet citari: quo casu & ab eo rite citatur, qui in eum nullam habet iurisdictionem: nimirum uenire debet allegaturus priuilegium suum saltem, si quod habet: ut ff. si quis in ius uo. l. 2. & de iudi. l. si quis ex aliena. sed post litem contestatam citari potest & debet actor, sed non ante: quia agere uel accusare inuitus non compellitur, ut C.ut nemo inuitus, &c. nisi secundum qđ in prædicta authen.coniunctur. & in authen. ut omnes obe.iudi.col.5.§ si uero. Nunc uidendum 4 est, quot sufficiant citationes, & certe nisi ad solennitatem referas, tres sufficiunt, ut in hoc ca C de iudic. l.properandum.§. & si quidẽ. & ff.de re iudi l.cõtumacia. & ff. de iure fisci.l.senatus.§.senatus,& de solennitatibus ideo dixit, quoniam secundum eas citatio est facienda. Primo enim unum ponitur edictum, mox aliud, deinde tertium, postea uerò sequitur peremptorium, sed post peremptoriũ semel debet citare iudex inquam, si uoluerit, nec enim infert necessitatẽ illud debet, sed urbanitatem inducit. simile. C de mino.l.3.& C.ad leg.Fla. de plagia. l. si fratrem, & ff.de mino. l.3. §. sed utrum. nimirum & hoc totum iudicis arbitrio committitur, ut ff de iudi.l.nonnunquam, & quòd talis sit seruanda solennitas, dicitur. ff. de iud.l. ad peremptorium. & l. tertium, & l. & post. sed quia de pluribus edictis mentionem fecimus, & uni duntaxat nomen apponitur: an alia propria nomina possint habere, quærit solicitus. ad quod iuris prudentia respondet, utique. Primum ergo uocatur admonitoriũ, secundum citatorium, tertium conuentionale: ut ista rum tria nomina procedant a bono ingenio: quartum autem uocatur peremptorium & a lege descendit. hoc dicit iuris prudentia. Sed studiosus ait, uidetur quòd nomen secundi ultimo edicto cui nomen non assignas, potius conueniat: cum maioris sit authoritatis superiore: nimirum citatoria omnium causarum solus princeps potest reuocare, ut C. de prin. agen. in rebus l.a. 5 Quod ergo erit nomen secundi, quod scilicet nomen ultimi usurpauit? nondum satisfactum est studioso. Illud autem assidue nota quòd unum edictum pro omnibus iudex mittere potest. C. quomodo & quando iud.l. consentaneum & ff.de iudi.l. nonnunquam. Restat ergo 6 uidere, quòd interuallum esse debeat inter unam citationem & aliam iure antiquo & nouissimo. certe secundum ueteres leges non minus decem dierum spatio, ut ff. de iudi.l. per internalla. & C. de iudi l.properandum. §. & si quidem. sed hodie per authen.non minus 30. ut in authen. de litig.§.omnem uero. col. 8. Quidam tamen dicunt auth. loqui quando actor citatur: antiquæ uerò leges quando reus, & ideo dicunt ueteres leges non corrigi: quod ego non approbo, ne permittatur actori, quod reo denegatur, ff de re.iur.l.non debet. igitur uerius est leges ueteres posteritati relinquendas fore. & hæc uera sunt secundum iura fori: & non secundum iura poli. Iure enim poli primo personaliter uocatur, & per septem dies expectatur: postea his diebus transactis alij septem dies adijciuntur, quibus ab ingressu ecclesiæ & diuinis officijs interdictus est. postea adijciuntur duo dies, quibus a pace & communione sanctæ ecclesiæ suspensus est: deinde alij duo dies adijciuntur sub eadem expectatione, quibus uno superaddito die, omni expectatione ueluti desperata, reus mox feriatur anathematis gladio, ut in decret. 5.q 2. præsenti. sed intelligitur, quando ecclesiastica & criminalis causa agitatur. Sequitur nunc 7 de citationis effectu: quòd si fuerit absens reus, & legitime citatus non uenit ante lit. contest. si conueniatur per actionem in rem, mittitur actor in possessionem petitæ rei duntaxat: intelligo nisi absens latitauerit. nam tunc si etiam in rem agatur, in omnibus bonis facienda est missio: ut not ff. qu b.ex cau.in pos.ea.l. Fulcinius.§. idem uideamus, & §.Celsus. alias est lex si fundum.& C. de præscri. 30 aun.l.si quis emptionis.§ sed quis. Notabis ergo differentiam inter absentem & latitantem: ut ibi no. nisi forte petatur hæreditas secundum quosdam: tunc enim nulla erit differentia si latitauerit, uel non. sed Py. non placet: quod nec idem Celsus uidetur comprobare, nisi dolo forte fecit, quo minus possideret. nam tunc in omnibus bonis absentis facienda est missio, ut in §. Celsus. in fine. Et in casu isto dicunt quidam actorem possidere: quod ego non approbo. Nam tunc causa rei seruandæ mittitur in possessionem, ergo non possidet: ut ff. de acquirenda possessione.l. possi.dere. §.ultimo. & ff. uti possidetis. l.si duo. §. creditor. Hoc tamen casu secundum priores intra annum reuersus possessionem recuperat reus, & iudicium adhuc patitur: dum tamen actorem indemnem seruet. alias enim non auditur, ut C. de iudicijs, lege, sancimus, & in hoc casu potest habere etiã locum

Citationis multa singularia.

3 Hoc uerum quando delegatus nõ citat p edicta: sed p se uel per nuncium uel per literas suas bene pót per glo.in l sancim' C.de iud. secũdum Aluar. & Batt. in l. 3 ff.de iu. om.iu.

4 Istam quartam partem & tertiã supra ibi dictũ est, & c sequitur Alua. hic.

Si uerò uasallus conqueritur de domino, forsan quia feudum malo ordine intrauit: domino perperam respondente: quid uasallo faciendum sit, quæritur? Respond. eum curiam debere uocare, & in eadẽ curia de domino conqueri. curia

Edicta sũt multiplicia.

5 Ista argumentatio nõ ualet: quia illa lex 2.do quitur in casu speciali secũdum Alu.

6 Istam sextã partem gl. insequit Aluar.

7 Istam etiam tenet & sequitur Aluar.

autem debet adire dominum: eumq; salua reuerentia [a] cõpetenter cogere: vt vel possessionẽ restituat & acqescat, vel iudicio curiæ se committat. Quòd si ter admonitus facere distulerit: tũc licet uasallo ad aliã maiorem [b] potestatem ire, & sibi consulere: & si dominus ei iustitiam facere noluerit: poterit eum deprædari. [c]

TITVLVS XXIII.

IN QVIBVS causis feudũ amittat.

Primò pater scribit filio præmittens excusationem sui, dicens quòd causæ quibus feudũ amittitur, non possint sub regula definiri, & addit qualiter vasallus contra dominum se debeat habere. postea definit beneficium duplicier. Bald.

OBertus [d] de Otto Anselmo filio suo salutem. Cogis me, & super hoc sępe scribẽdo multum vrges,

e Filio impubere. Iste casus valde notabilis est: 2 qa si filios habet, alienator qp etiam eo viuente reuocatur alienatio: sed si non habet, demum eo mortuo; quòd quare contingat, is inquirat cui alia inquirenda relinquimus. Et no. quòd qui alij consentit, sua iura perdit, 3 vt j. denotatū est in pluribus locis, & j. quibus modis feudum amitta. §. præterea. & j. si de inuestitu. inter domi. & vasal. lis oria. §. si autem aliquis alibi ad hoc, vt proximior agnatus succedat, alienatoris mors inspicitur, vt ā. de suc. feu. c. a. §. 1. Sed qd est quod dicitur j. quibus cau. feu. amit. §. denique. in fi. scilicet quòd si vasallus alienauerit feudum illicite, quia videtur dominum contemnere, ad ipsum omnimō pertinebit: nū quid pp patris alienationē excludātur filij? Item si excluduntur, cur ad agnatos potius, quàm ad ipsos pertinet, maxime cū fuerit auitum & proauitum? Respon. determinabitur. j. titu. si vasallus. feud. priue. cui defe. c. vasalli feudum &c.

2 Istā gl. sequuntur Bal. & Aluar.

3 Et hoc siue expresse siue tacite cōsentit secū Aluar.

f Cogit. no hic qp impubes nō cogit fidelitatē facere, 4 nec seruitiū vel per se, vel p aliū, si tamē fecerit, vel facere voluerit, admittit & audit. Istud aūt potissime notabis, 5 qp alius p alio feudo seruire valeat. huic præbet adminiculum. C. de episco. & cleri. l. quisquis, & l. ad similitudinem. & ff. de administra. tuto. l. ita. in princip.

4 Idem Aluar.

5 Placet Bal. & Aluaro.

alius tamē pro eo faciēs seruitium admittetur. Titius filios masculos non habens partem suam feudi Seio, partem eiusdem feudi possidenti agnato suo concessit. Sēpronius proximior agnatus mortuo demum Titio partē illius feudi nullo dato pretio recuperare potest. quòd si Titius filios proprios haberet, pretio reddito etiā uiuo Titio, quòd si consensit [a] alienationi, uel per annū, [b] ex quo sciuit, tacuit: omnino remouebitur.

Facta domino de feudo abusiua inuestitura, cogitur dominus uasallum mittere in possessionē, nec liberatur interesse præstando. Bartolus.

Si facta de feudo inuestitura pœniteat dominum, antequam possessionem trāsferat: an præstando interesse uasallo liberetur, quęsitū fuit? Responsum est præter missa illa condemnatione dominum possessionem feudi, [c] de quo inuestiturā fecit, tradere [d] compellendum. Filij nati [e] ex ea uxore, cū qua matrimonium tali conditione contractum est, ne filij ex ea nati, patri ab intestato succedāt: in feudo succedunt. Nam quāuis ratione improbetur talis conditio, ex usu tamen admittitur.

Ei qui non uult aliquid consequi sed ius quæsitum conseruare, non imminet ius offerendi, nisi dies fuerit apposita. Bal.

Licet uasallus dño seruitium non offerat, quantocunque tempore steterit (dummodo domino petēti seruire parat[s] sit) beneficium nō amittit, si tamen sciat ei magnū periculum [f] imminere: ultrò adiutorium suū ei debet præbere. Inde quęsitum est, si dominus in piurium incidat, quia dare nō ualeat, qđ dare iurauerat: & uasallus eum liberare possit suā pecuniam dādo, & non facit, an beneficiū amittat? & responsum est, non amittere. [g]

Si uasallus culpam cō mittit, [h] propter quam feudū amittere debeat, neque filius, neq; eius descendentes ad id feudum reuocabūtur, [i] sed agnati, q quarto gradu sunt,

prin. & C. de cad. tol. l. unica. § na autem, & de natu. libe. l. 3. & de præposi. agen. in re. l. agentes. libro. 12. & in sum, s. in prin. hic autem arbitrio minoris. i. impuberis relinquitur. hodie uero per maiorem partem curiarum necessitati subijcitur. [1] nam hodie cum dominus inuestit impuberem: alium pro eo donec pubes fiat, postulat uasallum: quem impubes nulla adhibita excusatione præstat: sed tamen non puto præiudicium ei fieri, si id nō faciat: ut hic dicitur. & notabis, quòd ad id, ad quod aliquis non cō pellitur, uolens tamen admittitur. similia studiosus inquirat.

[a] Consensit. siue tacite, siue expresse, ut nota, supra quibus modis feud. amitta. capit. præterea.

[b] Per annum. remouebitur ergo iste proximior agnatus a petitione illius partis feudi, quæ tanquam proximiori debebat ad eum peruenire, ra- [?] eiturnitate illius anni a tempore scientiæ computandi: quod ideo forte contingit: quia ille erat de agnatis ad quem feudum spectaret: nisi ipse præcederet in gradu uno forte, uel pluribus, non curo. & hoc facit scientia & anni transcursio, & agnatio illius qui possidet: quasi uideatur consentire alienationi factæ agnato suo. secus forte esset, si extraneo alienasset, quoniam tunc non nocet ei annalis trā scursio: nisi forte esset tanta, per quam ius suum tolleretur: puta 30. anno. ut C. de præscript. 30 anno. l. sicut. & in auth. malæ fidei de hac annali præscriptione habes supra si de inuestitu. inter do. & uasal. lis oriatur, ca. si autem aliquis.

[c] Dominum possessionem feudi scilicet uacuam possessionem statim scilicet postquam fecit inuestituram & fidelitatem recepit, si per pactum non remisit fidelitatem: imo si differret eam tradere, omnē utilitatem præstabit ei: ut s. de noua forma fideli. ca. inuestitura. & intelligas, quòd hic loquitur de ea inuestitura scilicet uerbali, quæ abusiuo modo dicitur, & non de ea quæ proprie dicitur inuestitura, secundum quod de utraque dicitur s. quid sit inuestitura. c. 1. alias enim si de propria inuestitura loqueretur, nulla esset dubitatio ad quid enim teneretur dominus tradere possessionem, cum iam tradita erat? & tūc nō esset mirum,

si uasallus non compelleretur interesse recipere, si nollet. Sed quid si alium inuestiuit postea quam istum inuestiuerat, & ei possessionem tradidit antequam isti: nunquid tunc liberabitur soluendo interesse? & quare non? sicut si uendidisset duobus, ut tunc habeat locum si res uendita non traditur &c. ut ff. de actio. empti, & uenditi. l. 1. Accursius

[d] Tradere, sicut alias dicitur de donatore, qui omnino compellitur rē simpliciter inter uiuos donatā tradere: nec temere poterit eam reuocare, ut instit. de dona. §. 2. aliud est secundum unam sententiam in re uēdita, a cuius traditione liberatur uenditor præstando interesse, ut ff. de actione empt. & uendi. l. 1. ueruntamen super ea uariatur.

[e] Filij nati. Isti filij, qui lege Salica dicūtur nati sine proditi, In feudum non succedunt: sed nec in proprietatem prioribus extantibus. si enim priores nō extarent, tunc in proprietate succederēt, & nō in feudo. prioribus uero fratribus sine filijs decedentibus succedunt: & dicitur tale matrimonium Mediolani accipere uxorem ad morganaticam, alibi lege Salica, ut j. de filijs natis de matrimo. ad morganaticam contracto, ca. quidam habens filium, & de his forte filijs loquitur. s. eo. l. mulier.

[f] Periculum, puta quia dominus obsidebatur, uel alias ei mora imminebat, tunc enim ultro (ut dixi) debet ei suum adiutorium præbere & sine nuncio, & cum potuerit: alias enim feudum perdit, ut j. hic finitur lex, §. ad hoc

[g] Non amittere. non enim sufficit qualibet occasio per quam fidelis accepti beneficij uideatur ingratus, ad feudum amittendum, ut s. quib. cau. feu. amit. circa principium. sicut non amittitur ex omni causa, ex qua opinio uasalli grauatur, ut s. prædicto tit. §. illud enim certum est.

[h] Culpam committat. arg contra huic cap. & C. de decu. l. 2. § pen & de inter. & re. l. 3. & de in ius uoc. l. adoptiuum. in fi.

[i] Reuocabuntur. notant hic quidam, nisi sit feudum ab auo acquisitum: quia filius propter delictum patris non debet amittere feudum acquisitum ab auo, ut ar. ff. de sena. l. emancipatum. §. si quis. & C. unde li. l. ul. quod

[1] De hoc uide per do. Alua. hic in 2. col. in uersic. quæro cum dicta glo.

Filius nō amittit feudū ab auo acquisitum propter patris delictum.

dũmodo ad eos ptineat. In generali alienatiõe[a] uasalli nõ continetur feudum, nisi nominatim dictum sit.

Si uasallus feudum ignorãs alienauit, feudum non amittit, & sibi restituendum est, non domino; tenebitur tamen ad interesse emptori ignoranti. Bal.

Si uasallus[b] feudum alienauit ignorans: non domino, sed ipsi uasallo feudum restituendũ est: ad interesse uero emptori ignoranti condemnandus est uasallus. Vasallus feudum quod sciẽs abnegauit,[c] amittit: ignorãti uerò subuenit. Quòd si dubitet: dubitanter respõdere debet. beneficiũ a uasallo in feudum si nihil in fraudem legis fiat, rectè dari potest: dum tamen militi detur.[d]

Si uasallus de bñficio suo[e] agat uel conueniatur: siue obtineat, siue nõ (licet ignorante domino fiat) omni tẽpore firmũ erit illud iudicium. Nam & transigere recte poterit: nec quod accepit trãsactionis nomine, feudum[f] erit.

Si dominus commisit feloniam per quam, si eam committeret uasallus in dominum, amitteret feudum: dominus etiam perdere debet feudi proprietatem. Bald.

Domino committẽte feloniam[g] (ut ita dicã) per quam uasallus amitteret feudum, si eam cõmitteret: quid obtinere debeat de consuetudine, quæritur? & respõdetur, proprietatẽ feudi ad uasallũ pertinere, siue peccauerit in uasallum, siue in alium. Feudum ea lege datũ, ut ipse & hæredes sui masculi & fœminę & cui dederit, habeãt: ijsdẽ culpis amittitur,[h] quibus & aliud feudũ. Quòd si uasallus alienauit: feudũ esse desinit apud emptorẽ. Titius cũ Sempronio[i] fratre suo feudum paternum possidente pactũ fecit de eo feudo non petẽdo a Sempronio hæredibusve suis. Sempronio sine hærede masculo defuncto, inter Titiũ & Seium fratrem suum de eo feudo quæstio orta ẽ: qd inde fieri debeat, quęritur? Responsum est, pactum non obstare Titio.

TITVLVS XXVII.

DE PACE TEnenda, & eius uiolatoribus.

Imperator adulatur omnibus suadens, quòd debeant seruare pacem: & statuit pœnam contra non seruantes. Bald.

FRidericus Dei gratia Romanus Imperator semper Augustus, episcopis, ducib9, comitibus, marchionib9 & omnibus, ad quos literę istę[k] puenerint, gratiam suá, & pacẽ, & dilectionẽ. Quoniam diuina prçordinate clemẽtia, solisi regiæ maiestatis conscẽdimus: dignũ ẽ, ut cuius prçcellim9 munere, illi oĩno pareamus in ope-

quod forte falsum puto: quia si non debet amittere feudum ab auo acquisitum: ergo multo minus, si a proauo uel etiam a superioribus, uel etiam eadem æquitate siue ratione non debet amittere. quomodo enim possent esse isti agnati, de quibus dicitur, in quarto gradu, nisi ab auo, uel proauo ad minus esset acquisitũ? Dicas ergo, quòd nullo modo debeat admitti filius ad aliqua portionem, nisi per gratiam solam a domino acquiratur: & agnati non extent, quibus aperiatur, qui usque ad quartum gradum admittuntur: ut hic dicitur: imo usque in infinitum: ut infra si uasal. feud. pri. cui defe. ca. 1. imo quod plus est, puto quod etiam agnati remouentur a petitione illius: si talis sit felonia, quæ dominũ[a] respiciat: ut dominus habeat hãc suæ iniuriæ ultionem: ut supra quib. caus. feu. amit. §. denique. licet quidam forte intelligant illud habere locum in feudo nouo, secundum qđ ibi not.

[a] At quid si pater læsæ maiest. crimẽ admisit, an fili9 ob id perdat legitimam? Vide Car. Zabar. in cle. pastoral. in 7. q. & ze. iu.

a In generali alienatione. quod hic dicitur, expositum est j. de cap. qui cu. uen. c. quidam capitaneus. & quę ibi notantur, hic similiter notari possunt.

b Si uasallus. huic accedit. ff. de euic. l. 2. § ult. & j. de controuer. inter domi. & empto. feu. ca. domino cum emptore & quæ ibi notaui, hic repetas.

c Sciens abnegauit. hoc satis expositum est. j. de lege Corrad. cap. si fuerit inter dominum &c.

d Dum tamen militi detur. si tamen dñs fuerit miles. sufficit enim si sibi æquali detur. Itẽ non debebit dari alia lege, nisi quam ipse habet: ut infra de leg. Corra. §. ex eadem lege. præterea non debebit pretium accipere de eo sub colore inuestituræ eam uendendo, ut in constitutione Friderici. §. callidis. & hoc est etiam quod hic dicitur, nihil in fraudem legis fiat &c. in fraudẽ enim tunc intelligitur facere, si ultra pretium medietatis acciperet pro toto, & hoc ita a multis intelligitur. & accedit huic quod legitur. j. qualiter olim poterat feudum alienari, circa prin. & quæcunque de hac materia notãtur. j. de ca. Cor. cap. 1. etiam hic possent notari.

e Si uasallus de beneficio suo. istud ca. determinatur per id quod notatur infra de contro. feu. inter uasal. & alium, capit. si causa inter uasallum.

f Feudum. nisi sit tale, quòd per se esse non potest: ut j. de inuestit. de re aliena, cap. rei.

g Domino committẽte feloniam. istud melius exponitur. j. qualiter dominus a proprie. pri. cap. ex facto.

h Amittitur. licet enim non habeat propriam feudi naturam, iure tamen feudum censetur. poterit enim uendere & donare: uel aliter si sibi placuit alienare etiã sine domini uoluntate: & hoc facit uerbum illud & cui dederit & cætera aliud tamen esset, si dixisset, & cui in feudum dederit: quoniam tunc haberet propriã feudi naturam: ut j. de feu. nõ habente propriam feudi naturã, cap. si quis ea lege &c.

i Titius cum Sempronio. hoc cap. exponitur. j. de eo, qui finem facit agnato de feudo paterno. c. tres erãt agnati. Accursius.

DE PACE TEnenda, & eius uiolatoribus.

k FRidericus. Literæ istæ. uidetur ergo, qđ uoluerit imperator iste condere legem cum dixerit: ad quos literæ istæ peruenerint. sed dic tu super hoc secundũ ꝗ notat. j. de pace

Inde est, ꝙ nos tam diu[?] nas, q̃ humanas leges [a] in suo vigore manere cupientes, & ecclesias siue ecclesiasticas personas sublimare, & ab incursu & inuasione quorumlibet defensare intēdētes: quibuscunque personis ius suum conseruare volumus: & pacem diu desideratā, & antea toti terræ necessariam, per vniuersas regni partes habēdā regia authoritate indicimus. Qualiter aūt eadē pax tenēda sit & seruanda, in subsequētib. declarabitē euidēter. Si quis hominē intra pacem constitutum occiderit: capitalem [b] subeat sniām: nisi per duellum [c] hoc ꝓbare posit: quod vitā suam defendendo illū occidit. Si aūt oībus manifestum sit ꝙ non necessariò, sed voluntariè illū occiderit: tunc neq; ꝑ duellū, neq; quolibet alio mō excusabitē, quin capitali damnetē snīa. Si vero violator pacis a facie iudicis fugerit: res eius mobiles a iudice in populū publicentur, & dispēsentur: hæredes autē sui hæreditatē, quam ipse tenebat, recipiāt tali cōditione interposita vt iureiurādo spōdeant, ꝙ ille violator pacis nunquā decætero ipsorum voluntate, aut cōsensu aliquod emolumētū inde percipiat. Quòd si hæredes neglecto post modnm iuris rigore, hæreditatem ei dimiserint; comes eandem hæreditatem regię ditioni assignet: & a regio iure [†] beneficiū suscipiant. Si quis alium intra pacis edictū vulnerauerit: nisi ꝙ in duello, & vitā suā defendendo [d] hoc fecerit, ꝓbauerit: manus ei amputetur: & sicut superius dictum est, iudicetur: & iudex in causa ipsum & res eius secundum rigorem iustitiæ strictius consequatur. Si quis aliquem ceperit, & absq; sanguinis effusione fustibus percusserit, vel crines eius aut barbam expilauerit: decem libras ei, cui iniuria illata esse videtur, ꝑ compositionem impendat: & iudici viginti libras persoluat. Si verò temerarius absq; percussione eū inuadat: eò, [†] ꝙ vulgò dicitur citteros, & calida manu ac verberibus contumelijsque male tractauerit: quinque libras pro tali excessu cōponat, & iudici pro tali excessu decem libras persolnat. Quicunque iudici suo pro excessu viginti libras innadiauerit, prædium suum pro pignore illi tradat, & intra quatuor septimanas intradiatam pecuniam persoluat. Quòd si intra quatuor septimanas prædiū sunm soluere neglexerit: hæredes sui si voluerint, hęreditatem recipiant, & comiti intra sex septimanas viginti libras persoluant. Si autem comes eandem hæreditatem regiæ potestati consignet: proclamatori etiam dānum restituat, & prædiū a rege beneficiali iure obtineat.

Clericus, qui pacē violauit, vel pacis violatorē receptauit: si quidem comparet in iudicio, pœna pecuniaria punitur. Si verò est inobediens, pœna maiori puniendus est. Bald.

Si clericus de pace violata pulsatus fuerit, id est, noratus & proscriptus fuerit: aut pacis vio

de pace iura. firmā. hac edictali. §. iniuria seu furtum.

[a] Humanas leges. hoc nō seruauit Imperator iste in furto, scilicet quod leges in eo remanerēt in suo statu cum dicat, quod pro furto valenti tantū quinque solidos, debet sub laqueo suspēdi, vt j. eod. §. si quis quinque solid. valens, & alias lex dicit, quòd pro furto non debeat mori: sed aliter castigari, vt C. de fur. authen. sed hodie pro furto.

[b] Capitalem. eodē modo punitur miles, qui pacem perturbauit, vt ff. de re milita. l. vlti. & ita habes hic, quòd capite puniri debet ille, qui hominem occiderit intra pacem constitutum. sed alias per Henricum imperatorem dicitur, quòd manus ei debeat amputari, vt in Lombard de ho. li. ho. l. qui vero intra treugā. Sed dic, quòd hic constabat homicidium perpetratum ab isto, qui ita punitur: ibi vero non constabat, nisi per pugnam, in qua succubuit, vnde non est mirum, si mitius puniatur: quoniam incerti sumus de iudicio Dei: & multi per pugnā causam suam perdunt sine iusta causa, vt in Lombar. prædicto titul. recolimus.

Duellum quandoq; permittit. [c] Per duellum. Nota hic casum, in quo pugna fit. s. quando cōstabat eū fecisse homicidium, de quo dicitur hic. fit etiā pugna, qñ non occidit sed vulnerauit tantum: & de hoc constabat, dicebat tamen illud fecisse se defendēdo: sicut in superiori casu, & j. ead. l. § si quis aliū. si autem constaret de homicidio: sed non, quòd ille istud fecisset, tunc posset illud per pugnam probari: siue post treugam factā, siue post pacem dicatur eum fecisse homicidiū illud: vt in Lombar. de ho. lib. ho. qui vero intra treugam. Poteris ergo addere istos duos casus, q sunt in l. ista, in quibus fit pugna alijs casibus, qui notantur in Lombar. In summa Friderici. Notabis etiam hic duos casus supradictos, in quibus ex necessitate causatiua cogitur reus pugnam imponere, scilicet si non vult puniri. Sunt autem & alij duo casus in Lombard. in quibus similiter cogitur, puta in crimine læsæ maiestatis. item vbi quis alium vocanerit arigam, id est, cucurbitam, vt in Lombard. de pur. rei. l. vltima, & de conuicijs. l. 1. quod erit speciale in prædictis quatuor casibus: cum alias regulariter pugna fit sēper in electione [e] actoris, vt in Lombard. qualiter quis se defendere debet, si quis amodo, & l. de prædijs, & l. si quis alium acto. licet omnes videantur dicere, quod reus teneatur se vel per pugnam defendere, vel iurare, vt in Lōbar. prædicto titu. cap. si quis post. quod ita intelligitur, scilicet si actor voluerit per prædicta leges.

[d] Vitam suam defendēdo. quod quidem iure facere potest. quod enim quis ob tutelam sui corporis facit, iure fecisse existimatur, ut ff. de iusti. & iure, l. vt vim, dum tamen cū moderamine inculpatæ [a] tutelæ hoc faciāt, vt C. vnde vi. l. j. Idem puto si nō voluntariè, sed ex improuiso eū occidit: quoniam crimen tunc non contraxit. ea enim

qua

[†] A rege iure beneficij recipiant.

[†] Quidā legunt ꝙ vulgò dicit Zitter hand, calida &c. & interpretantur Zitter hand, Calida manus & eē regionis idioma. Pro eo, puto & legendū. Pet. Vend.

[e] Quādo fit in actoris electione, & itē qū reus in dicere vel duellū cogat, quot ue sunt casus ꝓpter quos duellū permittatur, vide hic p Bal. & Mat. ab Afflict. sed fusissime per Goff. in tractatu d duello.

[a] De [illegible] patæ tutelæ moderamine & quatenus id sumendum sit, vide p Abb. in c. significasti, de homic.

quæ ex improuiso casu potius, quam fraude accidunt, fato, non noxæ imputantur, vt C. ad l. Corne. de sica. l. 1. Idem etiam puto, si hoc fecit ob tutelam filiorum suorum, vel vxoris, vel alicuius personæ coniunctæ, vt arg. C. de episc. & cleri. l. raptores. j. respon. & ff. quod met. cau. l. isti quidem. §. ult. & ff. ad senatuscon. Syl. l. j. §. si. cum idem forte esset, si ob tutelã rerum suarum, vt ar. C. vnde vi, l. j. & ff. ad legem Corne. de sic. l. furem, & in authen. vt nulli iudi. §. vlti. & in Lombard. de ijs, qui ad palatium lic contendunt, si cuiusque.

latorem in contubernio suo habuerit, & de ijs in præsentia sui episcopi sufficienti testimonio cõuictus fuerit: comiti, in cuius comitatu idem clericus hoc perpetrauerit: viginti libras persoluat, & de tanto excessu secũdum statuta canonũ episcopo satisfaciat. Si autem idem clericus inobediens extiterit: non solum officio & beneficio ecclesiastico priuetur: verum etiam tanquam proscriptus habeatur.

Dominus castri, si violatorẽ pacis receptauit, aut eum repræsentet cũ omnibus bonis suis mobilibus, vel sub iuramento eum adduci permittat: aut si hoc non faciat, punietur. Bald.

Si iudex populi clamore aliquem pacis violatorem ad castrum alicuius domini secutus fuerit: dominus, cuius castrum id esse cognoscitur, ad faciendam iustitiam illum producat. Qui si de sua fuerit diffisus innocentia, & ante conspectum iudicis venire formidauerit: si mãsionem in castro habet, dominus eius omnia bona mobilia sub sacramẽto iudici repræsentet, & eum decætero in domo sua tanquam proscriptũ non recipiat. Si verò mãsionem in castro non habuerit, dominus eius securè eũ adducere faciat, & postmodum iudex cũ populo eum tãquam pacis violatorem persequi [a] non desistat. [a] Si duo homines [b] pro vno beneficio contendunt: & vnus [c] super eodem beneficio Inuestitorem producit: illius testimonium, [d] cum inuestitor donum inuestituræ cognoscit, comes primò recipiat, & si idem probare poterit idoneis testibus: quòd absque rapina hoc idem beneficium habuit: remota controuersiæ materia, id obtineat. Quòd si de rapina præsente iudice cõuictus fuerit: rapinam dupliciter soluat, [e] beneficio verò careat: nisi iustitia & iudicio dictante illud in posterũ requirat. Si tres vel plures cõtendunt de eodem beneficio producẽtes vtrinque diuersos ĩuestitores: [f] iudex ĩ cuius præsentia causa ventilatur, a duobus requirat [g] boni testimonij ho

[a] Persequi non desistat. armis. s. legalibus, quibus imperatoriam &c. vt in proœmio instit. in princ. ergo & consequenter iudicem de quo hic dicitur, & quidem non aliter iudex iudicare debet quam quod ex legibus, & constitutionibus, & moribus proditum est, vt instit. de offic. iud. in princ.

[b] Si duo homines. idest quando inuestitor dicit se illum inuestiuisse de illo beneficio, quã inuestiturã fecit dono, nullo pretio accepto, & hoc est quod dicit, donum inuestituræ recognoscit &c.

[c] Et vnus. nam si ambo producunt eũdem inuestitorem, tunc ille esset potior, cui dominus sine fraude guarentizaret: nisi aliud probaretur ab alio, vt j. de le. Corra. §. si autem inter pares duos.

[d] Testimonium. scilicet eius, qui produxit inuestitorem: quia debebat probare se inuestitum esse, vt infra sequitur, & si idem probare poterit &c. vel dicas illius testimonium &c. id est, eius inuestitoris: quia comes debebit primo audire eius testimonium: id est, simplex dictum sine iuramento, vel cum iuramento si voluerit, & si dixerit se inuestituram in illum, qui eum produxit, fecisse: tunc ille, qui per eum produxit inuestitorem, debebit probare idoneis testibus &c. prior tamen intellectus magis consonat literæ: nihilominus tamen comes audiet dictum inuestitoris, & hoc est quod dicit, Inuestitoris donum &c. & intelligas, quòd iste qui produxit inuestitorem, non possidebat. aliter enim non habet necesse probare, cum actore non probante &c. vt C. de edend. l. qui accusare, nisi forte aliud esset, quod pro aduersario faceret.

Sed quare dicitur, quòd debet probare se illud beneficium absque rapina habuisse, nonne sufficit si probet se inuestitum, & illud habuisse? Respon. satis intelligitur probare hoc ipso, quod contrarium non probatur: dum tamen probet se inuestitum saltem per dictum illius inuestitoris, quẽ produxit. argum. ff. de iure dot. l. dotem q. æ. & C. qui mili. non possunt, super ferma, & hoc etiam videtur dici infra proximo §. quòd si de rapina &c. vel dicas, quod ideo probare debet illud: vt remoueatur postea omnis controuersia de eo, & hoc est quod sequitur, remota controuersiæ materia &c. Accur.

[e] Soluat. scilicet ei, qui per rapinam abstulit, & intelligas hic rapinam nõ in propria significatione, cum res immobilis dicatur proprie inuadi, & res mobilis rapi, vt institutio. vi bonorũ rapto. §. quod non solum, sub §. quia tamen. & ita habes hic, quòd debet soluere duplum rapinæ illius. Sed nunquid erit totum pœna: an in ipso duplo res continebitur? Respon. in ipso duplo res continebitur: ne aliàs contradicat constitutioni, si quis in tantam. C. vnde vi. vel alijs, quæ dicunt rem in duplo contineri. Vel dicas, quod totum erit pœna, & propterea beneficium debebit amittere, & hoc est quod sequitur, beneficio verò careat &c. & propter prædictam pœnam reseruatur ei hoc ius: scilicet vt possit illud beneficium in posterum requirere de iure: cum forte res bene esset illius, qui eum inuestiuit. veruntamen alius possidebat: quam possessionem iste inuasit, & hoc est quod sequitur, nisi iustitia &c.

[f] Diuersos Inuestitores. si autem vnum producerẽt Inuestitorem: tunc si possidenti dominus guarentizare voluerit sine fraude, ille obtinebit, nisi aduersarius contra. induxit, vt infra, de leg. Corra. §. si autem inter pares duos.

[g] Requirat. quid ergo erit, si nullum inueniat, qui hoc dicat? Responde. beatus qui tenebit: nisi forte alter eorum probauerit de iure suo. In §. ergo isto, & superiori videtur dici, quod iudex siue

comes

comes debet cognoscere inter duos uel tres pares de controuersia feudi quæ est contra aliam constitutionem eiusdem Frederici, imperialem decet solertiam & cætera. §. præterea si inter. ubi dicitur, quòd dominus debet cognoscere. sed dicas de hoc secundũ quod ibi notaui in summa, tit. apud quem, uel quos iudi. cau. feu deb. agitari.

a De uoluntate. quod alias dicitur in Lombard. asto animo. & in multis legibus, & maxime in titul. qua. quis se def. deb. si quis alium asto animo appellauerit. & in multis alijs legibus, qđ uerbum exponitur, id est, uoluntarie: secundum quod hic est simpliciter positum, ut in Lombard. de ho. lib. ho. l. si quis puellam. in fin. titu. & deinceps, & damno, & iniu. l. t. in prin. iure autem Romano dicitur calumnia. Accursius.

b Pulsauerit. scilicet deferens uel accusans: & accusando citans.

c Hoc. scilicet iuramentum tale præfatæ pulsationis. Accursius.

d An diuino. id est per iudicium candentis ferri siue igni ti: sicut hodie est consuetudo in multis locis portari: uel forte accedet ad nouem uomeres ignitos: quorum quilibet calidus siue ignitus in terra ponetur unus ante alium, & ipse portabit unum ex eis, donec ierit ad nonum: sicut ille, qui parricidiũ commisit, timens per eum se casurum in seruitutem: cum ille forte esset seru', quem occidit: & hoc negauerit: ut in Lõbard. de parricidijs. l. 3. uel etiam per iudicium feruentis aquæ: sicut dicitur de seruo, qui dicitur homicidium absconse perpetrasse, ut in Lombard. de homicid. lib. ho. l. ultim. quod autem sequitur, an humano iudicio: sic intelligas, id est, per pugnam. Sed quæro cum quo debebit pugnare iste rusticus: nunquid pugnabit cum milite, an cum campione ei dato a milite? Respond. nisi cum milite non debebit pugnare: quoniam principales personæ debent per se pugnare, nisi iuuenilis ætas, aut decrepita, aut infirmitas eos pugnare prohibeat: & in alijs quibusdam casibus, ut in Lombar. qualiter quis se defendere debe. quicunque. & l. finali. & l. si seruus propter appetitum, & tit. de homicid. lib. ho. l. qui uerò. Vel dicas (& hoc forte uerius est) quod non pugnabit cum milite. sed cum campione sibi a quali dato a milite: quoniam per consimiles aduocatores fieri debet pugna, ut in Lõbard. qualiter quis se defen. debe. l. ultima. nec enim potest quis contra militem nolentem pugnam imponere, nisi probauerit, quòd antiquitus ipse cum parentibus suis natione miles existat legitimus, ut sequitur infra proxime. uel forte uelles dicere, quòd aliud sit quando miles imponit pugnam contra rusticum, & tunc per seipsum pugnabit: & aliud quando rusticus uult pugnam imponere, militi, & tunc non posset eã imponere, ut infra §. proximo dicitur, quia tunc miles debet se purgare sacramento suo. & ita erit deterioris cõditionis rusticus, quam miles. nec mirum, cum in multis casibus priuilegium habeat miles, quod non habent alij: quos hic enumerare esset prolixum. nimirum, quia magis debet puniri corporaliter rusticus, quam miles, ut argumen. C. de summa trinitate. lege, nemo clericus, licet pecuniariter secus, ut C. de episcopis & clericis. l. presbyteri.

e Capitali causa. Sic ergo uidetur, quòd de quolibet capitali crimine pugna hodie possit imponi: quod est contra ius Lombardorum, quo uidetur prohiberi pugnam fieri: nisi in casibus a lege dictis, ut notatur in Lombarda, qualiter quis se defendere debet, quicumque, & titul. de homine ad iudicium non mittendo. l. unica. Pugna enim est odiosa, & legi displicet, ut in Lombarda. de homi. lib. ho. tecolimus enim, & odia sunt magis restringendo, quam amplianda, ut ff. de lib. & posthum. l. cum quidam. uel dicas etiam quòd nihil innouetur per id, quod dicitur. & intelligas quod hic dicitur aut aliqua capitali causa: scilicet per quam pugna oriatur. & hic forte est uerior intellectus, qui potest colligi ex eo quod dixit aliqua, & non dixit qualibet, sicut & alias secundum quosdam intelligitur, quod legitur in Lõbar. qualiter quis se defen. debet. l. de furtis. uel de minoribus causis: quia quòd ubi dicitur

minibus in prouincia eorundem litigatorum cõmorantibus per sacramẽtum, quod iurauerint: qs illorum absque rapina eius bñficij possessor extiterit: & cognita ex ipsorũ testimonio rei ueritate, possessor beneficium suũ quietè obtineat: nisi iudicio & iustitia dictante alter de manu sua illud eripiat.

Miles a rustico de pace uiolata pulsatus, militari manu se purgabit. Quòd si rusticus per militem obnciatur: diuino rusticus aut humano iudicio suam monstrabit innocentiam. Bald.

Si rusticus militem de uiolata pace pulsaos manu sua iurauerit, ꝙ non de uoluntate [a] sua sed de necessitate hoc fecit: manu militari se miles expurgabit. Si miles rusticũ de uiolata pace pulsauerit, [b] & manu sua iurauerit, ꝙ nõ uoluntate, sed necessitate hoc [c] fecit, de duobus unum rusticus eligat, an diuino [d] an humano iudicio innocentiam suã ostendat: aut septem testibus idoneis, quos iudex elegerit, se purget Si miles aduersus militem pro pace uiolata: aut aliqua capitali causa [e] duellum cõmittere uoluerit: facultas pugnandi ei nõ concedatur, nisi probare possit ꝙ antiquitus ipse cũ parentibus suis natione legitimus miles existat.

Imperator præcipit ciuitatibus quòd post natalẽ sanctæ Mariæ prouideant, quòd sit rerum ubertas: & statuitur pœna non seruantibus eorum deliberationem & statuta. Bal.

Post natalẽ sanctę Mariæ unusquisq; comes septẽ boni testimonij uiros sibi eligat, & de qualibet prouincia cũ ipsis sagaciter disponat & quãto precio ſm qualitatem tẽporis sit annona uendẽda, utiliter ꝓuideat. Quicunque uerò contra deliberationẽ ipsius intra anni terminũ altius modiũ & carius uẽdere præsumpserit, tanquam uiolator pacis habeatur: & totidẽ uiginti libras comiti exoluat, quãti modios siue maldios altius uendidisse conuictus fuerit.

Rusticus arma non portet, nec mercator, qui negotiandi causa per prouinciam transit, nec milites ad pala inum comitis. Item nullus laqueos seu retia tendat ad capiendas uenationes, nisi ad uersus apros & lupos. Bal.

Rusticus deterioris est cõditionis quam miles.

Si qs rusticus arma, [a] uel lanceam portauerit, uel gladium: index, in cuius potestate repert⁹ fuerit, vel arma tollat, vel viginti solidos pro ipsis recipiat a rustico. Mercator negotiandi causa per prouinciam pertransiēs, gladiū suum suæ sellæ alliget, uel super uehiculum suum ponat: non ut quem lædat [b] innocentem, sed ut a prædone se defēdat. Nemo retia sua aut laqueos, aut alia quælibet instrumenta ad capiendas uenationes tendat, nisi ad ursos, apros, uel lupos capiendos. Ad palatium comitis nullus miles ferat arma, nisi rogatus a comite.

Publici latrones antiqua dānantur sententia, & iis non prodest appellatio uel reclamatio, sicut nec cæteris, qui appellare non possunt. Bal.

Publici latrones & cō uicti, antiqua damnētur sententia: Quicunque ad uocatiam suam, uel aliquod aliud beneficiū inornatè tractauerit, & a dño suo admonitus non resipuerit, & ī sua perdurans insolentia ordine iudiciario tam aduocatia, quā beneficio exutus fuerit: si postmodū ausu temerario adnocatiam, uel beneficium inuaserit: ꝓ uiolatore habeatur.

Si furatus est aliquis ualorē quinq; solidorum vel amplius, laqueo suspendatur: si uero minus scopis & forpice excorietur, & tundatur. Bal.

Si quis quiuq; solidos ualens aut plus fuerit furatus, laqueo suspendatꝛ: si min⁹, scopis & forpice excorietur, & tundatur. † Si ministeriales alicuius domini inter se guerram habuerint: comes siue iudex in cuius regimine eā fecerint, per leges & iudicia ex ratione prosequatur. Quicunq; per terrā transiens equū suū pabulare uoluerit, quātū propinquius fm uiā stās in loco amplecti poterit ad refectionē & reparationem equi sui, impune ipsi equo porrigat. Licitum sit ēt ipsi uti herba & uiridi sylua: & sine uastatione aliqua quilibet utatur pro sua cōmoditate & usu necessario.

TITVLVS XXVIII.

HIC FINITVR lex, deinde consuetudines regni incipiunt. [c]

Vasallus dominum suum non adiuuans in prælia iusto, feudum perdit: in bello autem iniusto ad defendendum eum iuuare tenetur: ad offendendum uerò potest si uult, sed non cogitur: nec feudum perdit. Bald.

DOmino guerrā faciēte alicui si sciat ꝙ iustè, aut cùm dubitatꝛ, uasallus eū adiuuare tenetꝛ. Sed cùm palā est, ꝙ irrationabiliter eā facit: adiuuet eūm ad eius defensionē: ad offendendū uerò aliū non adiunet, si uult. Sed si eū adiuuare noluerit: nō tñ feudū amittet, secundū Obertū de Orto, & Gerardū Capagistum. Alij uerò sine distinctione dicūt semper debere eum adiuuare. Sed Obertus & Gerardus utūtur eo argumento, quòd quēmadmodum dominum excōmunicatum uel a rege bannitum nō est obligatus uasallus ad adiuuādū, uel seruitiū ei præstandum, imò solutus est [d] interim

dicitur de minoribus causis, intelligunt ipsi & de his causis, in quibus non potest fieri pugna gratia rei: quia est infra quantitatem, de qua alias fieret pugna, puta quia est furtum infra sex solidos, aut depositum negatum infra uiginti solidos non de alijs de quibus alias non posset imponi pugna, licet quidam istud aliter intelligant: ut ibidem notatur. sic etiam aliqui intelligunt legem, si quis alium acto animo &c. scilicet uerbum illud, an. unde ipsa appellatio agatur: id est de causa, de qua pugna oritur. In hoc tamen attabitur forte ius Lombardo. per hoc quod hic dicitur, scilicet quòd contra militem non poterit hodie pugna imponi, nisi a milite: secundum quod sequitur in hoc. §. nisi probare possit, &c.

[a] Si quis rusticus arma. & ita habea quod rustici non audent portare arma: sicut alias dicitur, quod rustici non audent optare pecuniam in C. de agri. & censit. l. domini prædiorum. & intelligas, quòd forte tollere debebit ei arma: quando non poterit ei auferre pecuniam: cum talis erit qui non audeat eam optare, ut dixi, quia forte non poterat separari a solo: de quibus forte loquitur hæc lex prædicta: alijs uero rusticis auferet uiginti solidos, si habuerint. & hoc est quod dicit lex uiginti solidos &c. Vel dicas, quòd tollet utrunque, scilicet arma & pecuniam, si habuerit: & exponas uel, pro &.

Arma portare & pecuniā optare non audent rustici.

[b] Non, ut quem lædat. id est, non eo animo, ut quem &c.

† Tondeatur.

ecce ut hic palā dicit Imperator male uolum animum habere arma deferentem.

[c] HIC FINItus, &c.

Quidam aliter habent, scilicet ita: hic incipit lex consuetudinis regni. melius tamen puto hunc titulum, quia uerum est, quòd lex hic finitur, scilicet superior lex de pace tenenda, scilicet Fridericus. & quod sequitur, nō est lex, sed consuetudines sunt potius.

[d] DOmino. Solutus ē. Nā q uasallus interim poterit uendere sine consensu ipsius domini sui banniti, ita quòd teneat uenditio: & quòd dominus non possit eam uenditionem rescindere postquam fuerit restitutus? Et uidetur quod sic, ad exemplum filij eius, qui deportatus est: nā ea quæ gesta sunt per ipsum filium tunc, quando pater eius est deportatus, rata debeat haberi. nec infirmantur patre restituto: ut C. de sentent. pa. l. ulti. circa princi. & merito debet tenere uenditio nam & interim dum est bannitus, posset damnum impune in bonis suis dari: cum alias nihil uideꝛ ei nocere bannum. Item tunc nō dicitur feudum uendi: quia tunc non uidetur feudum esse, cum interim uasallus est solutus a sacramento fidelitatis a qua fidelitate feudum

bannitus nō habet sub se uasallos sicut nec excommunicatus.

sacramento fidelitatis, nisi ab ecclesia, uel à rege fuerit restitutus: ita nec istum iniustè guerram alicui facientem.

Vasallus non cogitur domino afferre seruitium, & quantocunque tempore steterit, quòd seruitium nō præstiterit, feudum nō amittit. Fallit in tribus casibus hic inferius. Iacob. de Bel.

Ad hoc quantocunq; tempore steterit uasallus, quòd domino non seruierit: secundū usum Mediolanen. [a] beneficiū non amittit: nisi seruitiū facere renuerit: uel nisi à domino ei denunciatū fuerit, & ille cùm potuerit, diu steterit, quòd seruitium nullū ei fecerit. Bonus tamē iudex uariè ex personis causisq; definiet: & finget uasallū remotū esse uel ꝓpinquū: paratum esse, uel nō: dominum guerram habere uel non: utrū ēt magnā, uel paruam: & annunciauit ei dominus, uel non. hæc omnia uertuntur in cognitione causę, & prōptiores [b] sumus ad absoluēdum, quā ad condemnandum. Tu tamen scias, ꝙ si uasallus sciat dominū obsideri, uel aliter ei mortem imminere: & cùm potuerit, ei nō nunciauerit, uel etiam sine nuncio eum non adiuuerit: feudo priuabitur. Si uasallus in feudo aliqđ ædificium fecerit, [c] uel ipsum sua pecunia meliorauerit, & contigerit postea, ut uasallus sine filio masculo decedat, dominus aut patiatur ędificiū auferri, aut soluat pretium [d] meliorationis. Idem dico, si pretio seruitutem fundo acquirat. Quidam alij dicunt omnino ad dominum pertinere.

Si uasallus nulla hærede relicto ante Martium decesserit, fructus domino pertinent, ad quem deuoluitur feudum: secus si post Augustum decedat: quia tunc eius hæredis erunt. Bal.

His consequēter dicit, quòd si uasallus decedat sine hærede masculo, & cōtigat feudū ad dñm reuerti: sic distinguit, quòd si ante Martiū: [e] oēs fructus illius anni ex feudo ꝓueniētes, ad dñm pertinebunt. [f] Si uerò post calendas Martij usq; ad Augustum: oēs fructus, q interim percipiunt, ad hæredes uasalli pertineāt. [†] Si uerò post Augustum: omnes fructus anni percipiet dominus. quidam tamē dicunt, quocunque tēpore anni decedat, omnes pendētes fructus ad dominum pertinere. Cōtra omnes [g] debet ua-

feudum dicitur, ut s. per quos fiat inuestit. & per quos recl. c. nalla. Sed dicas & forte melius, quòd nō possit interim uendere: licet interim nō possit uēdutio retractari. Nec enim dominus amisit dominium directum, quod retinuerat tempore inuestituræ propter bannū, nisi forte bona eius essent expressim publicata: cum etiam tunc forte eo restituto & bona eius intelligerentur restituta, ut C. præd. tit. l. 1. & ulti. circa finem. & maxime si dominus habet filios, interim feudum ad eos pertinet cum hodie bona deportati non publicentur, ut C. de bon. proscrip. auth. bona. Sed quid si dominus bannitus est ab aliqua potestate alicuius ciuitatis sub cuius iurisdictione est & dominus & uasallus? nunquid interim uasallus sacramento fidelitatis absolutus est ita quòd nō sit obligatus ad eum adiuuandum, uel ei seruitium præstandum? Respond. forte sic, eadem ratione, ut in bannito a rege: cum ratio diuersitatis reddi non possit. argu. C. de consti. pecu. l. ulti. nisi forte diceres cōtrarium ea ratione, quòd maior sit rex aliqua potestate.

[a] Secundum usum Mediolanen. Imo secundum communē usum. licet enim uasallus seruitium domino non offerat: tamen non ob hoc feudum amittit: dum tamē domino petenti seruire paratus sit. ueruntamen si sciuerit dño magnum periculum imminere: ultro adiutorium suum debet domino præbere: alioqui feudum perderet, ut ī. si de feu. controuer. fu. ca. licet. & hoc est quod dicitur infra, proxi. tu tamen scias &c. hæc tamen uertentur in causæ cognitione secundum quod hic dicitur, bonus tamen iudex &c.

Absoluimus potius quam condemnamus.

[b] Et promptiores. hoc est quod alias dicitur. ff. de actio. & obliga. l. Arrianus. & fauorabiliores sunt rei, quam actores, ut ff. de regulis iuris. l. fauorabiliores. & hoc est uerum: nisi pro libertate & pro re priuilegiata pronunciari possit. tunc enim magis condemnare, quam absoluere debemus, ut ff. de re iudic. l. inter pares. Accur.

[c] Aliquod ædificium fecerit cum fortassis facere non debeat, nisi hoc in fundo colligendorum fructuum causa faciat. Sed si quid ædificauerit: forsitan nec tollere, nec reficere sine quæstione potest: rem tamen suam poterit uendicare. argumen. ff. de usufru. l. sed si quid in ædificauerit. in principio. Accursius.

[d] Soluat pretium, alias enim submoueretur exceptione doli mali, nisi pretium exolueret ut ff. de actio. empt. & uenditi. l. Iulianus. § primo. & institu. de rerum diuisione. §. certe illud. & ff. de usufru. l sed & si quid & de rei uendicat. l. si fundi poss. & lege, in fundo. & ff. de pignorati. actio l. 2 & l. eleganter. §. ultimo. & l. si seruus pigno. & l. si necessarias. & ff. de contra. tut. l. 1. §. finito & ff. ad Trebel l. hæres cum de. & l. patroni filius. §. ulti. & ff. loca. & conduct. l. dominus. §. 1. & l penultima. & quod dicit postea. idem dico, si pretio seruitutem fundo acquisiuit: istud dico quia per se non potest subsistere: ut notatum est supra. illi uerò qui dicunt omnino ad dominum pertinere: sine dubio inepte locuti sunt, ut mihi uidetur. Accur.

[e] Ante Martium. Quod hic dicitur de fructibus, distinguitur ut alias in hærede fructuarij obseruatur: ut ff de usufru. l. defuncta, sed inter uxorem & maritum aliter fit fructuum diuisio, ut ff. soluto matrimonio. l. diuortio. qualiter autem distinguatur, diligenter est attendendum: quia de facto sæpissime accidit. quod ultimi dicunt, iniquitatem continet: & ideo male dicitur, sicut superius in alio capi.

[f] Pertinebunt. quod isti bene dicant, probatur argu. ff. de usu. l. Herennius. & insti. de rerū diui. §. is uerò ad quem ususfructus.

[g] Contra omnes. sed nunquid contra se debet dominum adiuuare? Respond. uidetur quod sic: quoniam generaliter iurauit ei uasallus fidelitatem contra om-

[†] Facit ad hoc c. si ꝓpter tua. de rescri. lib. 6.

c 5 nes

ſallus dominũ adiuuare & contra fratrẽ,[a] & filium, & patrẽ: niſi cõtra alium dominũ antiquiorem[b]. hic enim cæteris eſt præferendus.

TITVLVS XXIX.

DE FILIIS NATIS EX MATRIMONIO AD MORGANATICAM CONTRACTO.

QVidam habens filium ex nobili coniuge, poſt mortem eius non ualens cõtinere, aliam minus nobilem duxit: qui nolẽs exiſtere in peccato, eam deſponſauit ea lege, ut nec ipſa, nec filij eius[c] amplius habeãt de bonis patris, quã dixerit tempore ſpõſaliorũ: uerbi gratia, decẽ libras uel quãtũ uoluerit dare, quãdo eã deſpõſauit: qđ Mediolanẽ. dicunt accipere uxorem ad morganaticã: alibi lege Salica. hic filijs ex ea ſuſceptis deceſsit. Iſti in ꝓprietatẽ nõ ſuccedũt, alijs extantibus: ſed nec ĩ feudo, etiã alijs non exiſtentibus: qui licet legitimi ſint, tñ in beneficio minimè ſuccedũt. In proprietate uerò ſuccedunt patri, priorib. nõ exiſtentibus: ſuccedunt etiã fratribus ſine legitima ꝓle decedentib. ſecundum uſum Mediolanenſium.

TITVLVS XXX.

DE FEVDO FOEMINAE.

Filiæ matri in feudo fœmineo ſuccedunt, maſculis nõ extãtib. ſecundum Obertum & Gerardum: ſed ſecundum alios non ſuccedunt, niſi per pactum ſit actũ. Baldus.

SI fœmina habens feudum deceſſerit: quia fœmineũ eſt feudum, & ſine pacto ſpeciali, deficientib. filijs maſculis[d] ad filias pertinebit. Obertus & Gerardus. Alij uerò dicunt, niſi per pactum ſpeciale ad eas nõ pertinere, ſicut ſi datum eſſet filio maſculo. quia ſi ideo, quod eſt fœmineum, ſine pacto tranſit in fœminas: eadem ratione quia eſt fœmineum, tranſit in fœmineam prolem, etiam

nes homines: unde generaliter facienda eſt interpretatio, ut arg. ff. de libe. legat. l. ſi quis rationes. & C. de fideicommiſ. l. cum oitum. vnde cum fecerit diuiſionẽ perſonarum uniuerſos comprehendere intelligitur. argumentum. C. de donat. l. data. & maxime cum teneatur contra filium eũ adiuuare, ut ſtatim ſequitur: cum eadem quaſi intelligitur patris perſona cum perſona filij: argu. inſtitu. de inuti. ſtipulat. §. et qui. ſicut alias non intereſt, utrum ueritus ſit in ſe pater an in filijs: ut ff. quod metus cauſa. l. iſti quidem. §. ult. ſi enim uaſallus tenetur dominũ adiuuare contra filios, & ab illis eum defendere: ergo multo fortius contra ſe, & a ſe. argum. ff. de condictio. indebi. l. fratre. & C. de euictio. l. ſiue. contra uidetur quòd non debeat contra ſe dominum adiuuare. Nec enim ſemper eſt facienda interpretatio generaliter generalis ſermonis. argum. ff. de mi. l. illud, in fine. & de procurato. l. mandato. imo de generalibus eſt facienda tacite, exceptio, ut ff. de ſeruit. l. ſi cui. nec enim eſt credendum, quod intellexiſſet iurare cõtra ſe: cum ſpecialiter contra ſe non fuiſſet iuraturus: ut argumentum. ff. de pecu. l. qui peculij. In generali enim iſto iuramento uidetur tantum de extraneis cogitaſſe ſiue dixiſſe. argum. ff. loca. & conducti. l. qui inſulam. §. ult. & ff. cõmunia prædio. l. quicquid. Item facit contra eum: quia contra ſtipulatorem debet fieri interpretatio, ff. de uerborum obli. l. ſtipulatio iſta. §. 2. pro domino uero adhuc uidetur facere litera ſequens, ſcilicet niſi contra alium antiquiorem dominum &c. cum ergo unum excipiat, inˀcito omnes alios uidetur comprehendere. argo. ff. de iudi. l. ſolemus. quid ergo dicemus? Reſpon. quòd non teneatur contra ſe dominum adiuuare: quoniam in iſto generali ſacramento uidetur tantum de extraneis cogitaſſe: ut argumen. ff. communia præd. l. quicquid. Item alia ratione: aut enim dominus iuſte habet gueram cum eo, aut iniuſte. ſi iuſte: non propter aliud de cauſa lege .i, niſi propter aliquam culpam ipſius uaſalli: unde eo ipſo forte poterit feudum ei auferri. ad quid ergo teneretur eum adiuuare contra ſe: cum nihil aliud pateretur: ſi etiam contra alios eum non adiuua-

Vaſallus contra ſe dominum iuuare nõ tenetur.

ret, niſi quis feudum amitteret? ſi autẽ iniuſte: adhuc idem quia hoc ipſo deberet dominus amittere proprietatem feudi: ſicut uaſallos caderet à feudo: ſi contra dominum hoc faceret, ut ſ. ſi de feu. controuerſia fuerit. c. domino committente, & infra qualiter dominus à proprie. c. ex facto, & argu. ſ. de for. fideli. in fi.

a Fratrem. ſed nunquid dominus eodem modo debet uaſallum adiuuare contra omnes homines, & econtra fratrem & filium? Reſpon. utique, cum in his omnibus debeat dominus uaſallo uicem reddere, quæ uaſallus tenetur præſtare domino, ut ſupra prædicto tit. de forma fidelita. in fin. cum etiam dominus amitteret proprietatem per eandem feloniam, per quam uaſallus amittit feudũ: ut ſupra, ſi de feu. controuer. fue. c. domino committente, ut ĩ. qualiter dñs à proprie. ca. ex facto.

b Dominum antiquiorem. ſcilicet à quo ante feudum tenebat. unde recte facit, ſi nominatim excipiat eum, quando iurat fidelitatem, ſicut nominatim debet excipere perſonam Imperatoris, ut in conſtitutione Friderici, imperialem. §. illud quoque præcipimus, & merito, quoniam qui prior eſt tempore, potior debet eſſe iure. ff. qui potio. in pign. hab. l. potior.

DE FILIIS NATIS EX MATRIMONIO &c.

c QVidam. Nec filij eius. De talibus filijs intelligo loqui. ĩ. ſi de feu. controuer. fu. c. mulier, &c. filij nati. ut antiquitas ſecundum leges habeat authoritatem, & uocatur hæc lex Salica.

DE FEVDO FOEMINAE.

d SI fœmina. Maſculis. hic no. quòd filiæ non ſuccedunt matri in feudo, licet à matre ſumpſerint initium, & hoc ſecundum iſtos: licet alijs aliter uideatur, ut ſ. dicitur prox. ca. §. 1. ĩ. de na. ſuc. feu. & merito nõ ſuccedunt ſine pacto ſpẽali. nã ſecundum agnoſẽ conſuetudinẽ filij maſculi non ſuccedũt matri in feudo, eò ſecundũ uſum regni dicatur feudũ paternũ, & non maternũ, ſed de æquitate admittuntur, ut ſ. titu. an maritus ſucce. uxo. in bene. c. ſi fœmina.

Succe-

a Succedere. nisi forte paratus sit seruire per substitutum domino, arg. C. de episc. & cle. l. quisquis, & l. ad similitudinem, & ff. de arbi. l. si arbiter. in si l.

b Postposuerit. statim enim cum fuit factus clericus vel conuersus, fuit domino feudum apertū, sicut & de eo qui feudum illicite alienauit non voluntate domini. licet enim recuperauerit ab emptore non tamē penes se retinebit: quia cum domino erat apertum per alienationem: vt infra, quid iur. si post ali. feud. va. recup. c. præterea. hic ergo colligitur manifeste, quod non restituuntur amissa: licet in pristinum statum res redierit, vt ar. institu. de ca. di. §. quod autem, & ff. de adop. l. qui libertus. argu. contra, C. de sen. pas. & restitu. l. 1. & vlt. & ff. de in ius vocan. l. sed & si. & arg. contra. ā. tit. hic finitur lex ca. 1. & in summa, ut in libel. dist. Py. tit. nec enim iura restaurātur, alias restituantur.

c Succedunt. etiam si eum forte acquisiuit: forte cū esset clericus: quoniā scriptum est. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus, vt in decre. 16. dist. apostolorum, & capit. placuit, sicut supra dictum est: qa qui factus est miles Dei, definit esse miles seculi, vt supra de eo qui ar. bel. dep. l. 1.

masculis extātibus, quod falsum ē. Ex hoc illud descēdit, quod dicitur clericum nullo modo in beneficium paternum debere succedere, [a] etiā si post ea quàm habitū religionis assūpserit, postposuerit. [b] Idē in oībus qui habitum religionis assumunt, ut conuersi, hi. n. nec postea in feudo succedunt: [c] etsi quod habent perdunt.

TITVLVS XXXI.

SI VASALLVS feudo priuetur, cui deferatur.

Filius non succedit patri in feudo, nec agnati vsque ad tertium gradum: quandoque nec descendentes in infinitum, si vasallus feudo priuetur propter suum delictum: nisi filius conquirat domino gratiam sibi faciente, non extantibus agnatis. Bar.

a Terminetur. & hæc vera sunt, quæ dicuntur in §. isto quando quæstio est de feudo inter domi. & vasal, vel inter duos vasallos. Quid ergo si inter dominum, & alium qui non sit vasal. de feud. quæstio est, vel in-

QVOT TESTES SVNT necessarij ad probandum feudi ingratitudinem.

f Si vasallus. Hæc lex in paucis consuetudinibus inuenitur, & ideo super eam dubito, sit lex vel non, vnde circa eā non insisto.

DE NOTIS FEVDORVM.

NOtandum. Hic intitulatur de notis feudorũ, quia potius puto fore notas, siue notulas super feudis factas quã debeãt esse de textu consuetudinum, & hoc videtur probare ex eo, quòd quasi omnes approbantur per leges Romanas & Lomba. vnde quasi glossulas eas reputo vsque ad fi.

Notandum quòd moris est in fin. libri supponere regulas & aliquas conclusiones: idcirco author huius operis quasdam notulas & regulas elicis concludendo per eas terminans opus suum. uide secundum Bald. conclusiones in qualibet materia feudorum. Bald.

NOtãdum a est in feudo, quod de cauena seu camera dicitur, non debere dari: nisi cùm sit in camera vel cauena, vnde solui posit: vel si ita euacuata sit cauena sine culpa promissoris, expectandum est, donec interim de cauena, vel de camera dari posit. Dominum autem feudi dare posse intelligitur, omni ære alieno deducto. Nõ enim æquum est quem videre egentem, quam prius habuit in coniugem vel amicum. Quòd autem pares tantum debeant interesse inuestituræ feudi, & non alij: hoc tunc verum est, cũ dominus vasallos alios habuerit. Alioqui adhibeat dominus, quos meliores poterit, liberos tamen: argumentatione legis de vltimis voluntatibus in Lombarda, §. illa quæ dicit. Si quis donationem facere voluerit de suis rebus alicui vel inuestituram: adhibeat sibi de parentibus suis (& per eandem legem iurant) duos testes idoneos, vel tres, vel plures. pluralis enim locutio duorum numero cõtenta est. Item sciendum est, non esse impedimentum inuestituræ, & si inuestiturã faciat de re, quam communem dominus habeat cum aliquo, quia si sponte diuidere noluerit ille, cum quo habet rem communem, qui inuestiuit: potest cogere per iudicem ille, qui inuestitus est, vt diuidat. Item hæredes eius necesse habent tenere firmam inuestituram, quam pater fecit. Item eadem lege & eodem iure debet habere rem iste, qui inuestitus est, quam haberet, qui eum inuestiuit, cum cohærede suo, scilicet vt adæquatio percurrat vsque ad quadraginta annos. Item inuestitura per se, vel per suum nuncium dari & accipi potest. quæ omnia supradicta colligi possunt per supradictas leges Longobar. titulo de vltimis voluntatibus. l. si quis, & C. com. diuid. l. 1. & 2. Idcirco pares necessarij sunt in instrumento inuestituræ, & non alij: nequid excogitetur falsitatis in perniciem domini, alijs testibus inductis, corruptis forte pecunia, vel odio, vel gratia, quæ non sunt suspicanda in paribus. Si instrumentum diceretur falsum à domino, daretur defensio vasallo, qui instrumentum ad se deferret: vt in Lombard. qualiter quis se defende. l. de chartis, & auferetur domino, qui veritatem nouerit, & iniquum erit, si aliquis ex dono suo conueniatur. Domini est defensio ex ordine, cum vasallus non possideat. Notandum est, q̃ de omni controuersia, quæ inter dominum & vasallum oritur, si pares veritatem nouerint, omnino cogi debere à domino & paribus dicere veritatem. qui si dicant se nescire, cum sciant, & vasallus postulet: dominus eos coget iurare, & veritatem dicere: vt C. de test. l. si quando, & in Lombar. vt index vnus &c. in tit. qualiter quis se defen. de. l. si qualiscunq; causa. & titu. de testi. vt quicunque, & l. vlt. Cùm datur domino defensio de inuestitura, quæ dicitur esse facta: iurare debet se inuestituram non fecisse. Cùm uerò datur successori eius, iurare debet se non credere inuestituram factã esse ab antecessore suo. Si qua inuestitura facta esse dicetur, semper debet nominare dominum, a quo inuestitura facta dicitur: cùm multùm discrepet sacramentum hæreditarium à principali sacramento. C. de re. cre. & iureiur. l. 3. & l generaliter. & vt habes de tutore, qui iurat quod credit, & existimat, vt C. de in ra. ca. l. 2. De conscientia enim sua iurare debet, & non de alieno facto, cùm iniquũ sit aliquem iurare de alieno facto, hæres vel successor, nec etiam filius, vt. ff. rerum amot. l. Marcellus. sed contrarium reperitur in Lombard. quia licet filius minorem virtutem habeat, quàm pater: tamen debet præcise iurare patrem suum non fuisse debitorem: vt in Lombard. qualiter quis se defendere debet. l. si contigerit.

FINIS.

CONSTITVTIONES FRIDERICI SECVNDI IMPERATORIS INCIPIVNT.

TITVLVS I.

DE STATVTIS ET CONSVETVDINIBVS CONTRA LIBERTATĒ eccleſiæ editis, & immunitate locorum religioſorum vbiq; morantium, & fori priuilegio, & Gazaris, & Patarenis, & alijs hæreticis, eorumq; ſucceſſoribus, & nauigijs peregrinis, & aduenis quocunq, locorum hoſpitantibus, eorumq; ſucceſſoribus, & de agricolarum ſecuritatibus.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſt. marchionibus, comitibus, cunctiſq; populis, quos clemētiæ noſtræ regit imperium, Salutem & gratiā.

IN die, qua de manu ſacratiſsimi patris noſtri ſummi pontificis recepimus imperij diadema, curauimus ad Dei & eccleſiæ ſuæ honorē edere quaſdam leges, quas in præſenti pagina juſsimus annotari, per totum noſtum imperium publicandas. Per imperialia vobis ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus eas quiſq; literas in ſuo diſtrictu irrefragabiliter & incōcuſſe ſeruet, & ſunt hę leges.

AD decus & honorem imperij, & laudem Romani principis nihil omnino magis videtur accedere, quā vt expurgatis quibuſdā erroribus, & iniquis quorundam ſtatutis penitus deſtitutis, decætero eccleſia Dei plena quiete vigeat, & ſecura gaudeat libertate. Sanè adeo infidelium quorundā & iniuſtorum iniquitas abundauit, vt non dubitent contra apoſtolicā diſciplinam & ſacros canones ſtatuta ſua confingere cōtra eccleſiaſticas perſonas & eccleſiæ libertatem.† Cum ergo diſpoſitione diuina fauente nihil velit eccleſia (quæ nihil debet præter bonum appetere) quod nobis eodem concurſu & eadem non placeat voluntate.

† Facit ad hoc Bart. dicens qđ verbū, libera facultas, plene importat ut quis ſit liber ab omnibus regulis iuris ciuilis vt in lege alio. ff. de ali.leg. dicit idē alibi quòd verba prædicta importāt qđ quis non tenetur ſe qui arbitrium legis omni iuri. & in l. fideicō. miſſa. §. ſi.ſup verbo, quanquam, de leg. 1.

NOs Fridericus Romanorum Imperator ſemper Augu. hac edictali lege irritamus & irrita nunciamus oīa ſtatuta & cōſuetudines, quæ ciuitates, vel loca, poteſtates, conſules, vel quæcunq; aliæ perſonæ contra libertatem eccleſię vel eccleſiaſticas perſonas edere, vel ſeruare aduerſus canonicas, vel imperiales ſanctiones præſumpſerint, & ea de capitularibus ſuis mandamus intra duos menſes poſt huius publicationem edicti penitus aboleri. & ſi decætero ſimilia attentauerint, ipſo iure decernimus eſſe nulla, & eos ſua iuriſdictione priuatos, ſuperiori protinus applicanda: necnon locum, vbi deinceps talia præſumpta fuerint, banno mille marcharum præcipimus ſubiacere: poteſtates verò, conſules, rectores, ſtatutarij, & ſcriptores dictorum ſtatutorū, necnon & cōſiliarij locorū ipſorū, q ſēm ſtatuta, vel conſuetudines memoratas iudicauerunt, ſunt extunc ipſo iure infames, quorum ſentētias & actus alios illegitimos ꝑcipimus aliquatenus nō tenere. Quòd ſi ꝑ annum huius noſtræ cōſtitutionis inuēti fuerint cōtēptores, bona eorum ꝑ totum noſtrum imperium mandamus impunè ab omnibus occupari: ſaluis nihilominus aliis pœnis contra tales in generali cōcilio ꝓmulgatis. Item nulla ptās vel pſona publica vel priuata collectas ſiue exactiones, angarias vel parangarias eccleſiis, vel aliis pijs locis, aut eccleſiaſticis pſonis imponere, aut inuadere bona eccleſiaſtica pſumāt, quod ſi fecerint, & requiſiti ab eccleſia vel ab imperio emendare contēpſerint, triplum refundant, & nihilominus banno imperiali ſubiaceāt, qđ abſque ſatisfactione debita nullatenus remittatē. Itē qcunq; cōmunitas, vel pſona ꝑ annum in excōicatione facta ꝑꝑ libertatē eccleſiæ perſtiterit, ipſo iure imperiali banno ſubiaceat: a quo nullatenus extrahatē, niſi prius ab eccleſia abſolutus fuerit. Itē ſtatuimus, vt nullus eccleſiaſticā perſonā in criminali quæſtione vel ciuili trahere ad iudicium ſeculare pſumat cōtra conſtitutiones imperiales & canonicas ſanctiones: quod ſi fecerit, actor a iure ſuo cadat, & iudicatum nō teneat, & iudex ſit extunc iudicandi poteſtate priuatus. Statuimus.n. vt ſi quis clericis, vel perſonis eccleſiaſticis iuſtitiā denegare pſumpſerit, tertiò requiſitus, ſuā iuriſdictionē amittat. Gazaros, Patarenos, Leoniſtas, Speroniſtas, Arnaldiſtas, Circuncifos, & oēs hæreticos vtriuſq; ſexus, quocunq; nomine cenſeantē, perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus, ꝑcipientes, vt bona talium cōfiſcentur, nec ad eos vlterius reuertantē, ita q filij ad ſucceſsiones eorum ꝑuenire non poſsint, cùm longe grauius ſit æternam, q̄ temporalem

offendere maiestatem. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad mandatum ecclesiæ, iuxta cōsiderationem suspicionis, ac qualitatem personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, tanquàm infames & banniti ab omnibus habeātur: ita ꝙ si sic per annū manserint, ex tunc eos sicut hæreticos cōdemnamus. Statuimus ēt hoc edicto in ppetuum valituro, vt potestates, cōsules, seu rectores, quibuscunque fungantur officijs, pro defensione fidei præstent publicè iuramentū, ꝙ de terris suæ iurisdictioni subiectis vniuersos hæreticos ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita ꝙ amodo quādocunque fuerit quis in potestatem, siue perpetuā, vel temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramēto firmare. alioqui nec pro potestatibus, nec pro consulibus habeantur: & eorum sententias irritas ex tunc decernimus, & inanes. Si verò dominus tpalis requisitus & admonitus ab ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate: post annum a tempore admonitionis elapsum, terram illius ipsis exponimus catholicis occupandam: qui eam exterminatis hæreticis, absque vlla contradictione possideant, & in fidei pietate conseruent, saluo iure domini principalis: dummodo super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod aliud impedimentum opponat. eadem nihilominus lege seruata contra eos, qui non habent dominos principales. Credentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum bannimus: firmiter statuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit ab ecclesia excommunicatione notatus, satisfacere contempserit intra annum, extūc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu concilia vel ad eligendum aliquos ad huiusmodi, neq; ad testimonium admittatur: sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionē accedat. Nullus præterea ei super quocunq; negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quòd si fortè iudex extiterit, eius sententia nullam habeat firmitatem: nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta per eum confecta, nullius penitus sint momenti. Nauigia quocunque locorum peruenerint, si quo casu contingenti rupta fuerint, vel aliter ad terram peruenerint, tā nauigia ipsa, quàm nauigantium bona illis integra reseruentur, ad quos spectabant ante, quàm nauigium illud periculum incurrisset, sublata omnium locorum penitus cōsuetudine, quæ huic aduersatur sanctioni: nisi talia sint nauigia, quę piraticā exerceant prauitatem, aut sint nobis vel Christiano nomini inimica. Trangressores verò huius nostræ cōstitutionis, bonorum suorum publicatione mulctentur: & si res exegerit, eorum audacia iuxta mandatum nostrum modis alijs compescatur. Omnes peregrini & aduenæ liberè hospitētur vbi voluerint: & hospitati, si testari voluerint, de rebus suis ordinandi liberā habeant facultatē: quorum ordinatio inconcussa seruetur. Si qui verò intestati decesserint, ad hospitem nil perueniat: sed bona ipsorum per manus episcopi loci tradantur hæredibus, si fieri potest: vel in pias causas erogētur. Hospes verò si aliquid de bonis talium contra hanc constitutionem nostram habuerit, triplum episcopo restituat, cui visum fuerit assignandum: non obstante statuto aliquo seu consuetudine seu priuilegijs, quæ hactenus contrarium inducebāt. Si qui autem contra præsumpserit, eis de rebus suis testandi interdicimus facultatē: vt in eo puniātur, in quo deliquerint: aliàs prout culpæ qualitas exegerit puniendi. Agricultores & circa rusticitatem occupati, dum villis insident, dum agros colunt, securi sint quacunque parte terrarum, ita, vt nullus inueniatur tam audax, qui personas vel boues, agrorum instrumenta, aut si quid aliud sit, quod ad operam rusticalem pertinet, inuadere, capere, aut violenter auferre præsumat. Si quis autem huiusmodi statutum ausu temerario violare præsumpserit, in quadruplum ablata restituat, infamiam ipso iure incurrat, imperiali animaduersione nihilominus puniendus. Nos verò Honorius episcopus seruus seruorum Dei has leges a Friderico Romanorum Imperatore filio nostro charissimo pro vtilitate omnium Christianorū editas laudamus, approbamus, & confirmamus, tanquam in æternum valituras: & si quis ausu temerario, inimico humani generis suadente, quocunque modo has infringere tentauerit, indignationem Dei omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli apostolorum se nouerit incursurum.

F I N I S.

a QVOMODO IN LÆSÆ MAIESTATIS crimine procedatur.

Iste titulus est magistraliter positus causa commodioris allegationis, & aduertendum est, quod liber authenticorum diuisus est in nouem collationes. a postea superuenit liber feudorum: quem 10. collationem vocamus. & postea superuenerunt istæ constitutiones, quas undecimam collationem appello: ipsasque glossare uolui ego Bartolus de Saxo ferrato ciuis Perusinus, ut multa utilia, quæ in eis sunt, omnibus innotescerent. & etiam ad laudem diuinæ recordationis domini Henrici Imperatoris, imperialium constitutionum auctoris aui illustrissimi domini, domini Caroli quarti, Romanorum imperatoris nunc regnantis, sub debito fidelitatis astringor: quia me suorum consiliatorum & domesticorum a numero aggregauit, & me, meosque posteros quos legum doctores esse contigerit, legitimationis & concessionis ueniæ ætatis, alijsque priuilegijs & gratijs decorauit. In nomine igitur Dei omnipotentis ad laudem & reuerentiam præfati domini imperatoris suique aui & studentium utilitatem glossaui eas ordine infra scripto supponens quicquid per me dicetur correctioni cuiuslibet melius sentientis. & quia textus est breuis, nullus me de glossarum longitudine increpet. sunt enim multæ glossæ ex quibus hæc collatio multo utilior redditur.

a In hoc tamen esset standum com. denominationi uetustæ. Alu. in pr. feu. in 3. col.

a Id est multum familiarium. Io. de Plat. in tit. de dom. & protect. li. 12.

EXTRAVAGANTES cum apparatu siue glossis domini Bar. quas nonnulli. xj. collationem appellant, feliciter incipiunt.

TITVLVS I.

QVOMODO IN læsæ maiestatis crimine procedatur. a

b Ad reprimendum. Primo ponit causam legis condendæ. Secundo statuit generale in ordine procedendi in crimine læsæ maiestatis. Tertio statuit speciale in modo procedendi contra contumaces. Quarto ponit clausulam derogatoriam. Quinto declarat, ad quos casus extendatur. Sexto quo tempore sumat uigorem.

c Multorum. sed cum multis grassantibus iudici a lege antiqua concedatur arbitrium, ut possit pœnas augere, ut ff. de pœ. l. aut facta. §. fi. & no. ff. de in iam. l. quid ergo. §. pœna grauior. ideo hoc casu hæc. l. necessaria non uidetur. Sol. antiqua lex dabat arbitrium iudici imponendi pœnam maiorem maleficio liquidato: hæc de nouo statuit circa modum liquidandi dans potestatem. & hæc. s. consuetudo delinquendi dans potestatem. & hæc. s. multitudo delinquentium, est causa finalis legis condendæ, ut infra dicam.

d Ruptis. determinat uerbum conantur, quod est. infra. nec resoluitur in conditionem: quia determinat uerbum præsentis, uel præteriti temporis, secus si esset uerbum futuri temporis, uel respiceret futurum tempus, ut l. à testatore. ff. de condic. & demon. & de usu. l. euictam. quod tractaui. ff. de cond. & demon. l. 1.

e Debitæ. iure diuino & humano. ut infra dicetur.

f Fidelitatis. Quædam est fidelitas, quam debemus proximo. s. non offendere eum, nec ei insidiari ff. de iusti. & iur. l. ut uim. non autem tenetur eum defendere, ut not. ff. de reg. iur. l. culpa caret. Alia est fidelitas quam debemus patri, quem quis etiam tenetur defendere uerbo: quia debet patri indicare, quæ cognoscit contra eum, ut ff. ad l. Pomp. de parric. l. 1. in fi. & l. seq. debet etiam ei reuerentiam, ut in tit. de obsequijs. non autem repetio, quod quis teneatur patrem defendere facto. s. opponendo se, uel simili modo. Tertia est fidelitas maior

Fidelitas triplex.

qua quis tenetur domino suo: quem non solum tenetur non offendere, sed indicare uerbo, & defendat in facto, ut in. co. de for. fidel. c. 1. & de no. fi. for. c. 1. Ista debet quis principi. s. non offendere. & si sciuerit. indicare. quod patet: quia conscij etiam tenentur, ut C. ad l. Iul. maie. l. quisquis. in fi. tenetur defendere eum ff. de re milit. l. omne delictum. §. si uero. ergo hic dicitur totius: quia tota fidelitas debetur principi. Est enim Deus in terris. C. de sa. sanc. ec. l. iubemus nullam nauem. & ibi not. & de eo scriptum est, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis.

Henricus vij. diuina fauente gratia Rom. Imperator semper Aug.

AD reprimendum b multorum c facinora, qui ruptis d totius debitæ e fidelitatis f habenis, g aduersus Romanum imperium, in cuius tranquillitate h totius orbis i regularitas requie-

g Habenis. sicut enim per habenas equus rectè ducitur, ita per fidelitatem ducitur subditus à domino: quæ fidelitas habet duas habenas. s. in faciendo quæ fieri debent, & non faciendo quæ fieri non debent: ut modo dixi, quæ duo præcepta sunt duæ habenæ per quas homo subditus ita ducitur sicut equus, & alia animalia ducuntur per habenas: & sic per ista duo præcepta homo ducitur & pacificus fit, sicut equus per habenas, quas timet. & fuerunt hæc duo præcepta facta primis duobus parentibus: super quibus pendent leges & prophetæ: & super quibus totum utriusque iuris corpus fundatum est, ut no. ff. de iust. & iu. l. 1. & ideo bene dicit, habenis.

g Quæ fidelitas, & qualiter debeat haberi principe, uide plene Ias. in l. 1. ff. de pa.

h Tranquillitate. hoc patet: nam cum imperium fuit in statu & tranquillitate, totus mundus fuit in pace & tranquillitate: ut tempore Octauiani augusti: cum autem imperium fuit prostratum: insurrexit dira tyrannis; & hæc fuit huius opusculi causa finalis.

i Totius orbis. contra: quia maior pars mundi non obedit principi. Sol. illud est facto, sed de iure secus. k Simile habemus in Daniele. 9. c. ubi de Nabuchodonosor, qui erat uniuersalis imperator, sic ait. Tu rex regum es: Deus cœli regnum, fortitudinem, gloriam, & imperium dedit tibi, & omnia, in quibus habitarent filij hominum, bestias agri & uolucres cœli dedit in manu tua: & sub ditione tua uniuersa constituit. & intelligendum est de iure: quia de facto non obedierunt sibi omnia: ut legitur in chronicis, ut in d. c. per gl. Item contra quia in terris ecclesiæ nullam habet iurisdictionem, ut in c. pastoralis. extra de re iu. in cle. Sol. ecclesia habet ex donatione principis etiam eius, qui hanc legem condidit, ut in c. 1. extra de iureiu. in cle. unde ipse princeps habere uidetur, ut in l. 1. §. omnia. n. C. de uete. iu. enu. uel licet l aliquis particulæ dominium non sit suum: tamen uerum est, quod hic dicitur: sicut dicitur dominus gregis etiam si unum pecus non sit suum, ut ff. de serui. l. 2. & 3. & per hoc patet quod imperator rectè dicitur dominus mundi. s. uniuersalis: licet singulares sint domini prædiorum suorum: unde à possessore ipse possit uendicare mundum, ut l. bene a Zenone. C. de quadri. præscri. & ff. ad leg. Rhod. de iac. l. deprecatio nec opus est, quòd dicamus quod omnia sunt sua quo ad protectionem &c. ut no. in constitutione. ff in pri. quia imo uerè omnia sunt ipsius, si uniuersalitas consideretur. Vel tertio m inhærendo opinioni sanctæ ecclesiæ: primo fuit imperium Babylonum. secundo fuit imperium Persarum & Medorum. tertio fuit imperium Græcorum. quarto fuit imperium Rom. ultimo adueniente Christo istud Romanorum imperium cœpit esse Christi imperium. & ideo apud Christi uicarium est

k Vide gl. in pragm. sanctio. in procemio in uerbo. del. & las. in l. s. cunctos populos. C. de sum. trini. & fide catho.

l Istam solutionem la quitur la. f. l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fide catho.

m Istam sequuntur Ia. & Alu. in ca. 1. quis dicatur Dux Marchio.

uterque gladius. s. spiritualis & temporalis. Christus enim est lapis abscissus sine manibus: cuius regnum non dissipabitur: de quo prophetauit. Daniel. in d. ca. 9. ubi haec omnia imperia describuntur expresse: dic ergo, ꝙ ante Christum imperium Romanum dependebat a Deo solo: & imperator recte dicebatur, quod dominus mundi est: & ꝙ omnia eius sunt. post Christum uero omne imperium est apud Christum, & eius uicarium, & transfertur per Papam in principem secularem, ut extra de el. c. uenerabilem. unde si dicimus, omnia sunt imperij Romani, quia tunc Christi: uerum est, si referamus ad personam Christi. si uero referamus ad personam imperatoris secularis: non proprie dicit, ꝙ omnia sunt sua, uel sub sua iurisdictione: quia nō terrae ecclesiae. illas. n. sibi reseruat Papa: in quo principaliter est imperiū. in hac ergo cōstitutione si se retulit ad imperium, uel si se retulit ad personam suam locutus est caute: non enim dicit, ꝙ totius orbis iurisdictio sit sua: sed quod totius orbis regularitas in eo requiescit. nā & terras ecclesiae ipse habet certo modo regulare. s. defendendo eas, & tenendo in deuotione ecclesiae, ut iurauit in c. 1. extra de iureiur. in cle. & hoc pro nūc u antiquorum dico: quoniam opus per se requirit quae dico quare sic credo tenere ecclesiā: sic credo imperatorem sentire: & si malè hoc uel aliud intelligerem, sum paratus corrigere.

a De electione & coronatione Imper. uide pleo. Aluar. in dic. cap. 1. quis dicat dux &c.

scit: hostili animo a armari conantur nedum humana, uerum etiam diuina pcepta, quibus iubetur, quod omnis anima Romanorum principi sit subiecta, b scelleratissimis facinoribus c & assiduis rebellionib' d demoliri: ne ex eorum absentia, e in detestādo laesae maiestatis crimine

a Hostili animo. i. nil debentis subiectionis & reuerentiae. secundum Hug.

b Subiectas ad Romanos. 12. c. sed ibi non dicit Romanorum principi, sed potestatibus sublimioribus. Sed de illo intelligendum est sub quo Christus uoluit nasci & crucifigi hoc imperiū ecclesia approbat, &c.

c Facinoribus. i. conspirationibus in malam partem, ut no. ff. de publi. l. quanta. & facit. C. ad legē. Iu maiests. l. quisquis. in princip.

d Rebellionibus quid sit, dicitur. j. l. proxi.

e Absentia. hucusque posuit causam impulsiuam. i. unam causam finalem seu rationem legis condendae: nunc ponit aliam: hoc modo. Primo quomodo tempore factae legis multi conabantur contra imperatorem. & haec fuit causa impulsiua legis, non finalis, qd patet. quia cum lex ista sit uniuersalis & perpetua, cū & futura facta respiciat: illa facta praesentia uel futura non sunt eius causa finalis: tendit enim ad alium finem, sic ff. de post. l. 1. §. sexum & in auth. de non alie. in prin. col. 2. & in omnibus legibus, relatis ad singulas personas, quae tamen uniuersaliter intelliguntur, ut in 1. const. C. in si & ff de leg. l. non singulis. & ideo si ista causa cessaret, quia non essent multi, sed pauci sic delinquentes, non cessarent leges. ut in d. §. sexum. & patet ex hac lege, quae loquitur etiam quando contra unum proceditur, & quocunque casu sub crimine laesae maiestatis. & si in aliqua lege uniuersali, uel communi uel municipali poneretur aliqua causa impulsiua, nō posset opponi, ꝙ illa causa non sit uera, quia non nocet, ut C. de fal. cau. adiec. l. 1. de condic & demō. Leg tale. § falsam. & patet ex praedictis. secus si princeps aliqd particulariter rescriberet, quia sic factū unicū sub quo scribitur, possit eē cā finalis rescripti: ut C. si cōtra ius uel util. pu. l. praescriptione. & de diuer. rescr. per totū. Idē si ciuitas, uel ordo decurionum aliquid specialiter ordinaret super quodā facto nō uero, esset n. decretum ambitiosum, ut ff. de decr. ab. or. fa. l. ambitiosa. Posuit enim unā causam finalem imperator seu rationē legis cōdendae, dū dixit, ad reprimendū multorum facinora. Ista enim nota uniuersalis perpetua & futura respicit. & est finis ad quē tendit imperator: & hoc apparet ex natura gerundij: quę est, ut cum ponitur in accusatiuo, significet causam finalem. ff. de dolo. l. 1. §. 1. in definitione doli, & de tute. l. 1. in definitione tutel. & ff. ad exhib. l. j. §. 1. licet quādoq3 significet modum. l. quibus diebus. §. 1. ff. de cond. & demō. sed certe ille modus nō est causa finalis ibi, sed modus appellatur, quā continetur onus explicādum ab eo ad quem refertur, ut ibi dixi. Idem si ponatur in genitiuo casu cū hac dictione causa, uel cum hac dictione animo, ut ff. ad leg. Corn. de sic. l. j. prin. & in §. 1. & 2. & C. e. l. is qui cu telo. nūc autem imperator ponit alias duas causas finales. s. ne processus uel sententia retardetur. Item ne talia maleficia remaneant impunita. Sed cum in l. sint plures causae finales, an requiratur quod omnes cōcurrant? gl. extra de rescr. c. 2. ait quālibet causa per se est sufficiens ad producendum effectum, & sufficeret una: & tunc coniuncta ponitur pro disiuncta, ut l. saepe. ff. de uer. sig. alias requiritur concursus omnium: quod uerum est, qū in l. ponuntur plures causae, hoc est plura facta, ex quibus debet sequi iuris effectus. Tunc enim de facili cognoscimus, an quodlibet factum de per se sit sufficiēs ad pductionem effectus iuris: cum ius certum sit, ut l. 2. ff. de iur. & facti ignor. Sed quandocunque in l. ponuntur plures causae, hoc est plures finales effectus, qui ex lege sequi sperantur, ut in l. ista. & tunc an omnes requirantur, est dubium. sed qū illi effectus sunt separati & distincti, sufficit alteram ex illis causis adesse, ut in sti. de nup. § affinitatis. & no. ff. de ijs, q no. infam. l. liberorū. §. 1. & de pri. cre. l. si uētri §. in bonis. Sed si illae plures causae & plures effectus tendāt ad idem: & tunc si una causa ponitur ut ratio, alia ut ratio rationis, uel una ponitur tanquā maior, altera ut minor ad probandum idem: tunc utraq3 requiritur ff. sol. mat. l. 1. & de pen. haere l. sed si lege. §. item si rem. & hoc apparet hic. nam prima ratio seu causa finalis est maior propositio: aliae duae quaelibet per se facit minorē hoc modo dicit imperator, Nos intendimus ad reprimendum multorum facinora. &c. sed ista reprimuntur, si sententia & processus nō retardentur: ideo statuit, ꝙ procedi possit contra absentes. Alio modo coniungitur & eū secunda causa. Tertia est, si cōiungitur cum prima, intēdimus ad reprimendum talia facinora. Sed ista reprimentur, si nō remanebūt impunita: ideo statuit, ꝙ possit procedi summarie & de plano, ut ei uidebitur: & sic facilius inueniatur prima ergo causa generalis est, & respicit unum effectum cū qualibet earum, & illae respiciunt separatos effectus: una ne retardetur, alia ne punitio exuagatur & habet locum siue procedatur contra absentē, siue cōtra praesentem ut j. patebit. & non extenditur haec lex ad aliū casum ex identitate rationis: quia contra ius cōmune est, ut l. qū contra. ff de legi. unde nō tolluntur, nisi quatenus exprimitur. C. de appel. l. praecipimus. in fi. regulariter enim omnis causa requirit plenā cognitionem, ut C. de iudic. l. iudices. & regulariter in causis capitalibus non potest absens cōdemnari. colligitur autē ratio legis diuersimodè. nam quaedam sunt leges declaratiuae & ratio illarum est regula iuris praecedentis, ut patet ferè per omnes leges iurisconsultorū: maximè. in d. §. item si rē. & ff de uerb. obli. l. stipulatio ista. §. alteri. & quasi per omnes. & illa propriè dicitur ratio. Quaedam sunt leges mere positiuae: quia ad illud nulla ratio iuris antiqui urgebat. & tunc ratio ex ipsa lege sumitur, uel eius praefatione, si in ipsa exprimatur, ut hic, & ff. de haere insti l. fina. & ad Macedo. l. 1. & ista proprium appellatur causa finalis, quàm ratio legis, ut l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. & de cond. & demon. l. illis libertis. & de ius. pat. l. adigere. §. quamuis.

fina-

Causam finalem denotat gerūdiū positū cū accusatiuo.

processus & sententia retardentur, [a] & tanti sceleris nefanda temeritas remaneat impunita: [b] hac edictali [c] Deo propitio perpetuò valitura lege sancimus, ut in quocunq; [d] læsæ maiestatis crimine, & maximè [e] vbi contra Romanorum imperatores, [f] vel reges [g] aliquid, quod dictum tangat, [h] asseratur [i] commissum, possit [k] procedi per accusationē, [l] inquisitionē, [m]

finalis ergo intitio leg's est rō: qua cessante cessat lex vt d.ll. ubi uero ratio non apparet, debemus propriæ significationi uerborum stare, ut ff. de exer. l. 1. §. is q nauem. cum similibus. Accur.

a Retardentur. sic C. de pœnis, l. ne diu. & l. correct. Et subaudi, ne. & sic sunt duæ rationes.

b Impunita, ut ff. ad l. Aquil. l. ita vul naratus. cum simi.

c Hac edict. Hic incipit secūda pars in qua ponit statutum generale. & in eo ponit ordinem procedendi tam cōtra præsentes, quam contra contumaces. ex eo, quod dicit edictali, apparet quòd est generalis, ut l. certua. C. de legib. & infra dicit generaliu.

d In quocunque. cum enim lex Iul. maiestatis, 1 habeat multa capita, ut ff. eo. l. 1. 2. 3. & 4. In quocunque crimine, cui competit aliquod dictorum capitum, habet locum hæc lex.

e Et maxime. hic præcedit genus 2 s. omne crimen quod incidit in l. Iul. maie. addit ue species, quando cō mittitur in Imperatorem uel regem: & ideo nō ponitur implicatiue, cum totum sit expressum: sed significat rationem in expressis legibus fortius vrgere. sic C. ne fi. pro pa. auth. nabita. sed si genus non præcederet, tunc aut per conditionem maximè additur conditio, & tunc inquit idem esse in casu contrario. l. conditione non existēte: nisi ratione contrarietatis euitandæ oporteat dici, quod dictio maximè, abundet, vt C. de ma. testa. l. fi. & ibi no. in glo. super verbo maximè. sed si per hanc dictionem adijciatur ratio, tūc indicat illam esse potissimam rationem, licet alia sit ratio, vt l. & si maximè. ff. de serm. leg.

f Imperatores. post coronationem &c.

g Reges. ante coronationem, vt extra de ele. venerabilem. & no. diligenter, q ante coronationē habetur vt generalis dns. si enim esset priuata persona, contra eum facientes non inciderent in l. Iul. maie. vt hic patet: & sic pōt administrare & dare priuilegia, vt extra de priui. c. super quibusdam. in cle. & de iureiuran. c. 1. & ibi gl. & necessar dupuratio Iac. de Are. quam posuit Cy. in l. bene a Zenone. C. de quadri præscr. potest etiā tacere condēnationes, vt patet ex literis domini Caroli Imperatoris cōcessis cōmuni Perusij: cum ego tūc apud ipsum legatione fungerer: vbi inter cætera sic ait: omnes & singulas sententias, processus & condemnationes, mulctas & ordinationes per quoscunque diuos Romanorum Imperatores & Reges prædecessores nostros contra vos & singulas ciuitates cōmunis & Perusij personas latas seu promulgatas tollimus & relaxamus. Potest etiam ante coronationem concessiones aliorū Imperatorū tollere & reuocare. quod patet ex alijs literis eiusdem Imperatoris: vbi inter cætera concessit quandam & adiecit tandiu, quandiu per successorem nostrum Regem Romanorum seu Imperatorem non fuerit reuocata: nāq quæ literæ sunt Perusij sub bulla aurea, & prædicta vera postquam persona est electa in Romanorum Regem, & per sedem apostolicam fuerit approbata. ante autem videtur tenere glo. in d. c. 1. de iureiu. in cle quod etiam electi in discordia possunt administrare.

h Tangat. q. d. non solum si ipsum crimē cōmittitur sed si aliud quod ipsum tangat: hoc aūt contingit qñque per modū antecedentia, vt mandatū, consiliū, persuasio: de quib. plenè, dixi in l. nū solū. §. mādato. ff. de iniur. qñ qz per modū inhærētis tēpore quo delinquitur, vt auxiliū & opem dare de quo dixi in l. in fur ti § ope. ff. de fur. qñ qz per modū consequentis, vt in his qui præstant consilium ad euadēdū, ut in l. 1. C. de rapto. uirgi. & dixi in d. §. ope. uel receptatore, ut C. de his q la. l. 1. & ff. de recep. l. 1. facit ad prædicta. ff. ad Turpil. l. 1 §. incidit. & C. de hæ. auth. credētes. quādoq; per modū alterius actionis, ut si qs nollet uenire ad perhibendū testimonium contra reū de hoc crimine, facit aliquid quod tangit hoc crimen. & hic habet locum hæc l. idem si faceres, ut reus captus euaderet: 4 ut ff. ad l. Iul. maie. l. si cu ius. §. item qui confessum. facit ex. de off. & po. iu. deleg. c. j. & ibi per Inno. & est simile verbum extra de hære. c. vt inquisitionis officium. lib. 6.

i Asseratur. quādoque per glossatorem additur vt verū sit, vt ff. si qua. pau. fe. di. l. 1. in prin. & ut bo. rapt. l. ait prætor. in prin. ubi diceret gl. etiā si verū non sit, vt ff. de do. l. 1. in gl. super verbo, diceretur. & istud placet 5 in his, quæ respiciunt modū procedēdi, vt hic. sed in his quæ respicerent sententiam & executionem aliæ gio procedunt. probatur. ff. de procu. l. qui omnia. versi. planè.

k Possit. non ergo imponitur necessitas. & in causis summarijs licet non seruetur ordo, & procedatur solenniter, non vitiatur processus, vt extra de verb. sign. c. sæpe. in cle.

l Per accusationem. hoc ius cōe est. sed in hoc speciale est, quòd ad accusandum admittuntur infames, serui, milites, mulieres. ff. ad l. Iul. maiest. l. famosi. & in l. in quæstionibus. & accusatio est nomen iuris. sicut enim actio est ius persequendi in iudicio, qđ sibi debetur, inst. de act. in prin. sic & accusatio est ius persequēdi vindictā pub. vt inst. de pub. iu. in prin. & ius ex quo sumitur vindicta, est duplex. s. accusatio, & officiū iudicis. hoc autem officiū exercetur quādo per inquisitionē ad alterius denunciationem proceditur. Nā super denunciatione inquiritur, vt de cust. re. l. diuus. & j. dicam. quandoque per inquisitionem factā proprio motu iudicis. potest etiam sumi accusatio pro libello accusatorio, vt de accusa. l. si cui. in prin. & ad Turpi. l. j. § accusationē. & illo modo sumitur hic. Sed quæro, quid si accusatio est ineptè formata: an valeat beneficio huius l. in hoc crimine? quod videtur: quia cū non sit necessaria figura iudicii. ergo nec libellus, qui est de ordine & figura: & hoc videtur expressum extra de uerb. sig. c. sæpe. in cle. In contrarium facit: quia hic permittitur procedi altero de tribus modis. s. per accusationem, denunciationē, & inquisitionē: & super quolibet istorum permittitur procedi summariè & de plano sine strepitu & figura iudicii. vbi ergo per accusationē proceditur: oportet accusationem esse factā rite: vt l. non putauit. §. non quæris. ff. de contra tab. aliàs si non est rite facta, non est accusatio: nec per eam delictum in iudicium deducitur, ut ff. de adul. l. accusatorum. & ad Turpil. l. 1. §. accusationē. ibi, nulla erit &c. licet ille. §. faciat contra quia est necessaria abolitio, ut ibi, & de accu. l. libellorum. §. quod si libelli. ergo videtur accusatio aliqua. Sol. licet accusatio sit nulla: tamen qualisqualis est, saltem de facto: & ideo est necessaria abolitio, vt ibi patet. sed hic requiritur, quòd accusatio sit rite facta in forma sua, vt super ea possit procedi secundum formam huius l. facit quod not. ff. de fur. l. si quis. §. 1. Bart. de Saxoferrato.

m Inquisitionem. 6 hoc ius est nouum. nā de iure cōmuni non potest procedi per inquisitionem. nisi in certis casibus no. in l. 2. §. si publico ff. de adul. & ibi dixi, q quatuor sunt regulæ, in qbus potest procedi. Prima p officiales denūtiationē. l. diuus. ff. de cust. re.

1 Proprie tamē dicitur committi crimen læsæ ma. quando aliquid fit contra personam principis, uel cōtra eos qui ad eius latus assistunt, vel contra rempubl. secundum Io. de Pla. in §. 1. instit. de pu. iudi.

2 Istā gl. reputat nota. & eā sequit Ia. in l. qui se patris. in 1 colum. C. vnde li be.

3 Vide latius per Bar. Are. & Ias. l. 1. C. de ser. fug.

4 Vide tres pulchras limitationes ad istud dictum per Iaso. in §. pœnales, in 11. col. insti. de acti.

5 Idē tenet Bart. & Bal. in l. 1. ff. de do.

Infamia & serui quandoq; ad accusandū admittuntur.

Ius ex quo uindicta sumit duplex ē.

6 No. hic inquisitionem accipi pro inuestigatione facta: ut no. Ao. de cohab. cleri. & mulie. c. uestra, uersi. not. quod uerbū extra

& C. de acc. l. ea quidem. & de decu. l. 2. lib. 12. Secunda regula est propter incidentem cognitionem iuris. nã vbicunque iudex cognoscendo principaliter reperit incidenter delictum esse commissum, potest de illo cognoscere, vt hic est casus, & in d. §. si publico. & C. si aduer. lib. l. pe. & de condictio. ob turpem causam. l. ciuitã di. & de calū. l. pen.

seu denunciationem [a]

Tertia regula propter præcedentem generalem inquisitionem. nam vbicunque iudex inquirendo generaliter de malefactoribus reperit aliquē deliquisse, potest ad inquisitionem specialem descendere, vt l. congruit. ff de offi. præsi. & ad l. Iul. pecu. l. 4. & in auth. de co. §. iubemus. col. 9. Quarta regula est propter magnam offensionem. vbicunque enim crimē committitur coram iudice, iudex potest super illo per inquisitionem procedere, vt C. de calum. l. j. & de test. l. nullum. & de prob. l pe. & idem eadem ratione in omnibus delictis quæ committerentur coram iudice. aliàs non potest procedi per inquisitionem de iure commu. l. rescripto. §. si quis accusatorem. ff. de mune. & hono. Sed speciale est hic, vt nulla ex prædictis regulis accedēte, possit procedi, vt hic. de iure canonico potest procedi per inquisitionem præcedente fama, vt extra de acc. c. qualiter & qñ. & de simo. licet Hely. Sed tunc hoc est speciale: quia procedi posset etiam fama non præcedente: vt hic patet: quia sufficit quocunque modo dicant: & probatur infra. l. proxi. ibi, publicè vel occultè. sed cū in accusatione requirātur solennia accusationis, vt s. dixi, quare non requiruntur solennia inquisitionis? Respon. solennia accusationis intelligo circa formam ipsius, vt dixi. quod autem in inquisitione præcedat aliquod prædictorū: non est de forma inquisitionis: sed est, vt aliquod antecedens & processus valeat, si nō opponatur. extra, de accu. c. 1. lib. 6. sicut testamentū est testamentum secūdum sui formam, licet testator dicatur filiusfa. vel seruus, vel quid simile, vt C. de edict. diui Adria. tol. l. 2. secus si in ipso deficeret hæredis institutio. Sed an forma inquisitionis sit sicut forma accusationis? gl. insti. de pub. iud. in princ. dicit quòd non. Inno. idē extra de pur. ca. c. fi. Ia. de But. insti. de acti. in princ. dicit quod eadem forma & eadem solennitas requiritur præterquam in inscriptione ad pœnam talionis: quia cum locum accusatoris subeat iudex, & inquisitio loco accusationis, eiusdem debet esse naturæ, vt l. 1. §. hæc actio. si quis test. lib. esse ius. fu. & hoc placet quantum ad hoc, vt inferatur locus & tempus eodem modo: quia non debet in tanto crimine vagari, vt ff. de iniur. l. prætor edixit. in princ. & de dolo. l. idem exigit. facit: quia si idem delictum opponitur per modū exceptionis. l. 2. §. 1. ff. de doli except. & extra de elect. c. vt circa lib. 6. dixi plenè. ff. de exce. l. 2. nec obstat extra de proc. c. fi. & quod ibi per Innoc. quia ibi fit inquisitio cōtra certam personam: tamen generaliter quo ad delicta secus si fieret de speciali delicto. Itē accusatio debet in scriptis offerri, vt l. libellorum. de ac. & C. de lit. cōtest. auth. offerat. sed cū inquisitio nō offeratur iudici, sed ipse inquirat: nō est necesse, q͡ prius formetur in scriptis, & postea redigatur in acta. ex quo sequitur, quod si in processu non appatet, quando fuerit exhibita accusatio, nō valet: cum sit de substātialibus, vt d. l. libellorum. & no. C. de acc. l. in causis. Sed si non apparet dies inquisitionis formatæ, non vitiaretur processus: quia dies quo quis citatur super inquisitione, vel dies quo rādit illi, poterit dici dies formatæ inquisitionis cū iudex semꝑ inquirat: sed nō pōt dici dies exhibitæ accusatiōis, cū hoc nō pertineat ad iudicē. multa alis dixi circa materiam inquisitionis in d. §. si de pub.

Iudex per inquisitionem procedens est loco accusatoris.

[a] Denunciationem. de iure antiquo non admittitur denūciatio, nisi per officialem. vt l diuua. de cust. reo. & C. de accu l. ea quidem. & ff. de offi. præfect. vrb. l. j. §. sanè. de iure canonico admittitur denunciatio præcedente charitatiua monitione, vt extra de iudic. c. nouit. & extra de simo. c. licet Hely. hæc ergo lex introducit[1] nouū in hoc crimine: quia per denunciationē factam a quocunque posset procedi de officialis denunciatione. & de ista materia plene dixi in d. l. diuus. sec de isto denunciatore priuato dico[2] quod habet vim cuiusdam mandatoris seu instigatoris ideo desistendo incidit in Turpil. vt ff. ad Turpil. l. 1. §. incid. r. & l. ab accusatore §. denuncia. mues. co. titu. & si desistat denunciator, impune iudex ex illa causa dimittit processum, sicut delator mandatore subtracto, vt ff. de iur. fisci. l. res quæ. §. si. quod est verum, si in procedēdo fuit nominatus denunciator: aliàs secus. ff. de in. fis. l. de eo. ergo hic potest procedi ad denunciationem alterius denunciante non nominato, vt d. l. de eo. quia ex mero officio iudicis proceditur. Item cum in casu illius l. isti tres modi procedendi sunt æquè auxilia ordinaria, puta quod si pendente inquisitione ex officio, vel per denunciationem superueniat accusator, non debet recedi ab inquisitione: cum cesset ratio, quam ponit Din. in regula, actus legitimi. de regu. iur. lib. 6. Et quid si ex forma statuti concedatur, quod iudex generaliter possit inquirere de crimine? de hoc dixi in l. si maritus. §. si. ff. de adu. & hoc de denunciatione quæ fit ad vindictam publicam. ad priuatam vero quandoque denunciationem iudex procedit in his; qui agere non possunt de iure, vt cum serui a dominis opprimuntur. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. lege secunda. & de offic. præfect. vrb. l. 1. §. quod autem. Item ad denunciationem patris vel patroni conquerentis de filio vel de liberto, vt d. l. 1. §. cum patronus. & de offic. procon. & leg. l. nec quicquam. §. de plano. Item quando homines humiles opprimuntur à potestate[3] vel eis aliquid aufertur: vel ab eis promissio vel cautio exigitur. vt ff. de offic. præsi. l. illicitas. in princip. & quasi per totam legem: & hoc sentit Spec. in tit. de denun. §. quis denunciare. & Io. Andr. in c. nouit. extra de iudi. vbi dictas leges sic intelligūt quod est notandum: quia ad boni iudicis officium pertinet facta ei querela de prædictis ex officio eius procedere: cum tales per seipsos agere non possunt, vel non audent: quod placet: quia interpretatione adiuuandum est quod reipublicæ vtilitatem continet. Est & alia denunciatio priuata, quæ locum habet in foro ecclesiastico, inducta per legem euangelicam: ut d. c. nouit. de iudi. quæ quotidiana est. & per eam multa, q̃ sunt iuris ciuilis remedio destituta, reparari possunt: ideo ea prosequor declarando quædam ab auctoribus iuris cano. intacta. In hac enim requiritur, quòd quia primo moneat[4] aduersarium suū, qui peccat in eum, inter se & ipsum solum, dicendo, quod cum in eū peccet retinendo rem ad eum pertinentem, uel nō soluendo ei tantā quantitatem sibi debitam, quòd exeat de peccato. quod si nō faciat, iterū dicat idē adhibito uno teste uel duobus testibus. quod si non faciat tunc dicat eccle. & sic ad forum ecclesiasticum recurrat, petens quod cum peccet talis in eum, & de tali causa requisitus & monitus & prima requisitione & secunda secundum doctrinam & regulam euangelicam emendare neglexerit, & exire de peccato in periculum animæ suæ, & etiam contra conscientiam r implorat eius officium, ut eum ad pœnitētiam cogat, ut in d. c. nouit. super hac denūciatione offertur libellus[5] lis contestatur, & sententia in scriptis fertur, secūdū Ho. & Io. An. in c. nouit. licet in dicta decre. dicatur, quod procedatur de plano. quod quid importet, infra dicā. & contra personas sic denunciantes non potest opponi, quod sit infamis. si tamen sit correctus de crimine, potest, secundum Inno. & omnes, potest autē opponi. q͡ est criminosus, seu in peccato mortali. qualiter eīm monetur bono zelo ad correctionē alterius, qui non ē ipse correct⁹ secū dū Ber. & Inn. Sed Io. An. dicit[6] q͡ in hoc genere denūciationis, ubi prosequit̄ quis ꝓpriam interesse, admittitur etiā criminosus, sed et ob.

excom

[1] Idē tenet Pan. in ca. nouit. in 14. col. in uersic. nunc condescendo. de iudic.

[2] Idem tenet Panor mi. vbi s̄i dictū est.

[3] Et idem si monachi uel cōuersi. opprimerentur ab eorum prælatis. Pan. vbi supra.

[4] Nisi iustus timor impediat monitionem: quia tūc potest sine ea ꝓcedi. Ant. de But. & Panor. in d. c. nouit.

[5] Idem tenet Pan. in d. ca. nouit.

[6] Ista opinio placet Panor. in d. c. nouit. sed An. ibi tenet opinionē Innocen.

excommunicatio uel alia expoliatio uel deprædatio: vt in c.cum dilectus.& c. si.de ord.cog.uel alia præiudicialis exceptio.quod dic,ut in c.nouit.super vlt. gl.per eum. Contra ipsam denunciationem opponitur,quod potest etiam haberi super eo regressus ad iudicem secularem. nam non debet iudex ecclesiasticus eum indistincte admittere:quia non, nisi in defectū iustitiæ, vel crimen sui natura sit ecclesiasticum, vel ratione pacis vel iuramenti,vel quando crimen est notorium, vel quando non auditur in iudicio seculari, vel quia est obligatio naturalis tantum, vel quando hanc proponit miserabilis persona & depressa: vt in d.c.nouit. da in.& de pact.qualiter.77.distinctio.per totum, & de foro compe.c.licet.vide ad hoc nota. per Bern.in c. ex tenore.per totum.alias si indistincte admitteretur, periret temporalis gladij iurisdictio, & omnis causa p hanc viam deferretur ad ecclesiam. & ita tenet Ioan.

1 Et etiā vult Pan.

And.io d.c.nouit. 1 & hoc quod dixi de obligatione naturali,tenorit Inn.in d.c. nouit. sed cum illud, quod deducitur pro Fal.uel Trebellianicā,sit naturale debitum:vt no.C.de iur.& facti igno. l. cum quis, & ff.de condi.inde.l. 1.& de reg.iur.l.enims per errorem. ergo ille qui retinet,peccat mortaliter., & contra eum posset procedi per formam huius denunciationis.sed hoc videtur contra ca Raynnous.& ca. Raynaldus. extra de testam. vbi papa pronunciauit has quartas posse retineri. Sed dico,2 quod ea quæ dicta sunt de obligatione naturali,intelliguntur de naturali,qua quis tenetur ex ipso quod quis locupletatur cum aliena iactura.quia quod alienum est,peruenit ad eum,vt l.nā hoc natura.ff de condi.indeb.vel de ea naturali quæ originem habet ex consensu: vt ex pacto nudo uel iureiur. interposito ab alio, q̄ a liberto, vt l.iureiur.in princ. ff.de ope.li.& de fideiui.l.si quis pro eo. in prin. Idem puto de eo,qui promittit ei qui stipulatur alteri, ut l.stipulatio ista §.alteri.ff.de verb.obli.& quod ibi not.secus de ea naturali,quæ a consensu non habet originē, vt in eo,qui ex maleficio obligatur ad pœnā: vt l.non solum.§ 1 ff. de iniur. In proposito hæres dicitur teneri naturaliter,hoc est, habito respectu, ad principia iurisgentium:quo iure dicta quartæ deductio non erat inuenta. non autem ex cōsensu: quia testator nunquā consensit,quod ipse obligaretur:nec etiā hæres adeundo hæreditatem: quia habuit vel habuisse præsumitur animum quòd voluit uti beneficio legis.Item nihil habet de alieno: quia legatarij & fideicommissarij certāt de lucro.non aūt perijt, quod suum est, vel fuit.

2 Idem tenet Bald. in anthēt. ad hæc. & Aret. in d. c. nouit. ī pen. col. de iudic.

Vel dic,3 quod naturalis obligatio non subest in eo,qđ per Falcidiam venit deducendum, secundum P. ut refert Cyn in d.l.cum quis. de iur. & facti ignor. quod non placet:vt plene dixi in l. 1.ff.de condi. indeb. Sed quid de obligatione,quæ tollitur præscriptione? Resp. 4 tunc auocte audiretur a iudice ecclesiastico per modum huius denunciationis:quia ei denegaretur audiētia in foro seculari.Sed tu dices, præscriptione tollitur naturalis5 & omnis eius effectus,ut l.fina. in princ. & per Dy ff rem ra.hab.& per Cyn.in d. l. cum quis? Respon.tollitur omnis effectus eius ciuilis:non autem potest tollere naturalem obligationem, quam retinendo incidit in peccatum mortale. sed eo casu quo pscriptio tolleret naturalem secundum ea, quæ dixi in d.l. si.io prin.ff.rem.ra. ha.tunc cessaret hæc denunciatio. Quid de filiofa.tuto exceptione Macedoniani: an possit conueniri hac denunciatione, cum naturaliter & ciuiliter teneatur,licet obstet exceptio? puta quod nō: 6 quia hæc exceptio descendit ex delicto creditoris circa illud commisso,ut ff.ad Maced. l. 1. vnde potest opponi etiam denuncianti: vt supra dictum est per Io. An.dum dicit,vel alia præiudicialis exceptio. Idē puto in qualibet alia exceptione pp odium vel delictum creditoris competente,vel doli,vel similis. facit de condi inde.l.qui exceptione. Sed si creditor nō deliquisset,tunc ei iure commu si subuenirent: ut ff.ad Mace.l.si quis pa:ré. Quid de muliere tuta Velleiano?

3 Contra istū tenent Bart. Alc. & Ia. in l. j.ff de cōdi. indebi.

4 Idē tenet Bald. in authēt. ad hęc C. de vsu. & io ca. si qs per trigin ta. ā. si de feud. fue. contro.

5 Idē tenet Pan. & Feli. io C. ad an tes, extra de præscri ptio.

6 Idē Panorml. in d.c.nouit.

dico eam non posse cōueniri hac denunciatione: cum etiam soluens repetat, secundum cano. extra de solu. c. si & ibi not.licet enim teneatur naturaliter, tamen datur ei exceptio æquitate prædicta naturali propter suam imbecillitatem & fragilitatem: vnde illa naturalis non habet efficaciam. Idem puto in pupillo, eo casu quo obligatur naturaliter tantum, vt non possit conueniri per viam huius denunciationis, cum illa naturalis non sit efficax,quod patet: quia quoties ille læderetur,etiam si soluisset, restituitur ex edicto de minori.naturali æquitate inducto: vt C.si aduer.sol.l.fin. & ff.de condi.inde.l.interdum. & de in integ. restitu. l. 1. & idem dico in quocunque casu, si aduersus ciuilē uel naturalem obligationem daretur restitutio, obligatio enim naturalis eliditur per exceptionem descendentem ex illa æquitate naturali,vt l. si vnus. §.pactus ne peteret ff.de pac. & ideo validior est obligatio naturalis sola cui nulla obstat exceptio, quàm ciuilis & naturalis,cui obstat exceptio,vt no. ff. de compen. l. quicunque.nam per exceptionem etiam eliditur naturalis obligatio.Quid de tuto exce.rei in quam glo.dicunt inductam magis ad rigorem iuris obseruandum, quàm ex æquitate:ut nota.ff.de cond.inde.l qui exceptione.& l.Iul.& C.de iur.& fac. igno. l.cum quis ǽ videtur quod cum esset æquitas, & sic naturalis nō eli-datur,ut d. l.Iul.possit conueniri per uiam huius denūciationis:quia peccat mortaliter. contra,imo non est locus huic denunciationi:7 quia licet peccet mortaliter,non tamen potest cognosci per sententiam, cum semel sit cognitum: ut l. si quis cum totum. §. plane. ff.de except. rei iudica. & §. si ancillam. & de iud. l. post rem. simile de eo qđ est decisum per iusiurandū: ut d.l post rem.§. 1.& de iureiuran. l. nam & postea. §. 1. pro quo facit:nam in certis casibus tantum permittitur, vt propter instrumenta de nouo reperta denuo testificatio:ut ff.de re iu.l.imperatores.Modus probandi hanc denunciationem hic sit, ut prima denunciatio probetur per seipsam: cum dicat corripe eū inter te & ipsum solum. Sed an denunciatus poterit probare contrarium? quod videtur de facili: quia posset probare rex Franciæ,quòd rex Angliæ, nunquam fuerat ei locutus,sed contrarium puto, cum prima denunciatio dicatur fieri per seipsum etiam si fieret interueniente organo.s.epistola vel secreto nuncio,ut ff.de consti.pecu.l.qui autem.§.fin.& l. seq. huius contrarij quodāmodo impossibilis est probatio. Secunda denunciatio est approbanda per se & vnum alium legitime deponentem,vel per se & duos alios, cum dicat: adhibe tecum vnum vel duos: cum in ore duorum uel trium stet omne verbum. Tertia denunciatio quæ fit ecclesiæ, probatur per ipsum libellum denunciationis datum ipsi iudici ecclesiastico. Quarta.s.quòd peccet in eum: probatur probando quod detinet rem suam, vel quod est suus debitor hæc autem eliditur hoc modo,dicit denunciatus, non pertinet ad te cognoscere iuste uel iniuste detineam:hoc autem scio,quod teneo non contra conscientiam, & hoc sufficit vt vltra ecclesia non procedat. licet enim probet quòd res sua sua,vel sibi debita,potuit desinere,& sic non sequitur, quod contra conscientiam non teneat: licet quando ordinarie agitur:sufficit probare suum,uel sibi debitū, nisi aduersarius probet contrarium. Sed in hac denunciatione satis est, si denunciatus aliquam iustam causam alleget,quare contra conscientiam non teneat: licet causam non probet,creditur enim sibi ad purgandum conscientiam suam, nisi scandalum vel publicū peccatum & manifestum sit.tunc enim debet de satisfactione constare,secundum Inn. Sed Ho.contra quia si semel fuerit meum, vel mihi debitum, adhuc præsumitur,nisi probetur contrarium,vt C.de probat. l.siue possidetis.Io. An.videtur stare dictis Inno. Tu dic,8 si denunciatus dicit se non tenere contra conscientiā suā,& nullā causam allegat.nō sufficit, ut l. qui interrogatus.de peti.hære. Idē si allegat causam iniustam ut l.

7 Istā opinionem sequit Bal. in authen. cleric⁹. C. de epis. & cle. Andr. & Ber. in c.nouit extra,de iud. sed contra istā quod imo in illo casu habeat locū denunciatio. tenent Hos. Panor. & Feli. in d. c.nouit.

8 Ista opi. placet Panor. in dicto ca. nouit. & ibi nam dicit esse de mēte An. de Butri.

vt l.nec vllam.§.t.eo.ti.Sed si alleget causam iustam: tunc si quidē causa est depēdens ex eo facto, quia dicit se soluisse, si negat positiones denūciationis, videlicet quòd esset suum vel sibi debitum, & probatum est contra eū:non debet postea credi assertioni suæ, ut ff. de proba.l.cū de indebito. & extra de sol.c si. & C.de non nume.pec.auth.cōtra q.it propriam.cum si. Conscientia enim alterius nō debet probari, nisi ex indicijs vt C.de dol. l.dolū. sed illud est indicium legitimū & lege probatum. Si vero confessus est intentionē actoris.s.fuisse suum, vel sibi debitum, dicit tamen se emisse vel soluisse, vel quid simile: tunc si denuncians nō probet intentionem suā aliter, quàm tali confessione, debet stari dicto eius ad excusationem cōscientiæ suæ, vt C de testi.l.si quis testibus & de leu. & inter.l.cum Papinianus.& de iureiur.l.eum qui.in princ. Si autem denonciator potest & vult aliter probare quàm ex cōfessione denunciati: tunc cessat talis præsumptio, quia forte ideo confessus est, quia sciebat posse probari. hoc probatur in gl.in d.l.eum qui.in princ.igitur tunc erit recurrendum ad coniecturas, scilicet cuius uitæ, cuius cōditionis est iste denunciatus: utrum eius assertioni debeat credi, vt l.non omnes.§.a Barbaria. de re mili. hoc etiam pendet ex quantitate rei petitæ, verū sit magna vel parua.arg.eius quod no. in l. admonendi.ff.de iureiur. Sed si causa quam allegat, est talis, quæ ab eius facto non pendeat, & sic dicit se habere ab alijs: an debeat ei credi? uidendum est, qui sunt illi a quibus habuit, & cuius opinionis, & vtrum hoc dixerit ante litem motam, vel post. arg. extra de test. c. licet. ex quibus etiam puto, quòd si hoc habuit a procuratore suo cui hoc mādauerat, satis sit, vt & ff. pro empto. l. quod vulgo. Idē si defunctus scriptū reliquit, recte ei credit hæres ad excusationem suæ cōscientiæ, vt l.qui eū maior. §.pe.ff.de bo.libe. idē si aliqua indicia legitima appareant, ex quibus pars possit informare conscientiā suā, ut l.mariti.§.lenocinium.in princ. ff. de adult. Si vero informaret conscientiā suā ex præsumptionibus

r Idē Panor. in d. c.nouit.

non legitimis, non excusatur: licet enim non teneat r contra conscientiam suam, habet tamen secundū conscientiam erroneam, & sic peccat, nisi conscientiam erroneā deponat, & deponere cogetur, ut extra de sen. excō.c.inquisitionis. vbi probatur hæc distinctio. Sed tu dices, non per hoc probatur denonciatio, quæ dicit, quòd peccat in me, retinendo meū vel mihi debitū. nā apparet, quod nō peccat detinēdo, sed erroneā cōscientiam habēdo. sed certe finaliter in hoc peccat hæres q retinet, & sic videtur probata denūciatio. sed qualiter peccat hæres in eo, quod defunctus tenebat contra cōscientiam? Respon. forte ipse hæres scit: & sic contra conscientiam retinet: si vero ignorat, tunc prius hæredi notificandum est, & taliter quod in eius cadat notitiam uel cadere debeat, ut ff. si cer pe l. quod te. & ff. deposi. l. si quis in fieratus. & postquam notificatum fuerit, debent fieri denunciationes: nam textus dicit quod si peccauerit in te frater tuus &c. prius ergo debet præcedere peccatū, quàm fiat denunciatio. Sed si hæres non patiatur se certificari, certe in hoc peccat, & perinde esset si certificatus esset. argum. ff quod vi aut clam.l.r. §. Aristo. sententia autem super hac denunciatione fertur: quòd si reperitur denunciatus peccare, in denunciatione præcipitur ei, quòd exeat de peccato, & ad hoc per sententiam excommunicationis compelletur, ut d. ca. nouit. & not. quòd solum in his tribus modis procedendi loquitur hæc constitutio scilicet

a Idem tenent Petr. de Anch. Ioan. de Imola. & Geor. Na. in cle. sæpe de ver. signif.

licet per accusationem, inquisitionem & denunciationem. In alijs uero modis procedendi, uel per exceptionem nō immutatur, de quo dic, ut dixi. ff de adul.l.2. §.si publico. & istis tribus modis procedēdi attribuuntur ista tres qualitates, quæ sequuntur.

Summarie, summa. i breuis, a, vel summa.l.prima, vt no.ff de ita ho.l.summa. & sic summarie i.summatim vel breuiter vel primarie, ut ostendam. hæc materia tangitur per gloss.in l.a.§.sciendum. ff ad exhi. &

in Specu.de off.iud.§. postremo. ubi ponit tractatum Io Saxoli.de Pisis.sed ad maiorem declarationē dic s quòd hoc ut.s.summarie cognoscatur, quādoque adijcitur toti causæ. qñ que vni articulo. de primo intelligere debemus circa ordinem procedendi summarie. i. breuiter. Et hoc quod dico breuiter, non intelligitur diminutiue, sed ita quod totam substantiam comprehēdat, ut l.s. ff. de reg. iu. & ideo qui aliquid dicit in summa, omnia membra principaliter ponit, ut ff. de condi. iode. l. in summa. vbi proceditur summarie, tunc contestatur lis: subaudi forte si sententia tribuit ius si...

s Istā doctrinā Bartol. de verbo, ad uerbū sequuntur Ioan. de Imola. Pe. de Ancha. et Ge. Natha. in loco præallega.

n alteralias fertur. ex hoc dico, quod in processu nil debet de substātialibus omitti, & ideo libellus debet esse ita plene formatus, sicut & quādo ordinarie proceditur. ff.ad exhi.l.3.in princ. Item contestatur lis. l.sigui.§. si quis nō possideat.& § idem scribit. & l. Iulianus.§. proinde.ff.ad exhi. Item sola diffinitiua datur, ut l 3. § præterea.ff.ad exhi.& de in litē iuran. l.in actionibus.in princ. & ff de libe. agno. l.si quis a libetis §.si quis ex his.licet quidā 4 dicāt, quòd illa est s.i. interlocutoria, ut ibi tangit s̄m Guli. sed gl. C.cōmi. vel epi. l.t.innuit, quòd in his summarijs non requirat ordo, quod non placet, per d.leges. Expeditur 5 aūt iste processus breuiter: quia licet alias non possint dilationes breuiari nisi cā cognita, tamen hic abbreuiādi illa sola est causa sufficiens, quā cā debet agitari summarie, ut ff.de re iu.l.2.in fi.non tñ ita pōt abbreuiari, ut probationes legitimæ pereant. hoc enim impediret causę cognitionē, qd non pōt: quia eā cognitio est de substantia iudicij, ut C cōmi.vel epi.l.iudex.& l.fin. & no. C. de senten.l.prolatā. sed ea quæ sunt de substantia, non pñt omitti per hoc quod dixit summarie, ut dictū est, ergo &c.probatur extra de verb. sign. c. sæpe. in cle. n In hoc processu si exceptiones opponātur, quæ requirant altiorē indaginē, si quidem pñt per alium iudicē examinari, per iudicem non admittentur, sed in aliud iudiciū seruabuntur, ut l.ille a quo §.si de testamento. ff.ad Trebel.& l.4.§.ibidem. ff.ad exhi. Si uero in alio iudicio examinari non pñt, ēt in illo examināntur, ut in d.§. ibidem. in fi.& ita intelligit gl. dum dicit, de exce quæ sitis pro possessione retinenda, sed posse respuere illa, quæ nō pñt alibi examinari, auferetur sua partis, & ēt cognitio tolleretur, quod non pōt, ut dictum est. Illa autem non dicitur habere altiorem indaginē, quę pōt examinari intra tantum tp̄s 7 intra quantum principalis processus expeditur: ēt si hoc non opponeretur, l. si ita a quo in prin.ff.ut in pos.leg. Item sicut in his casibus, in quibus ordinarie agitur, quis citatur peremptorie, ita & in istis casibus ubi agitur summarie, quod patet in interpositione primi decreti & secundi, quod summarie fit, & oportet quòd præcedat perēptorium, vt C.de ijs, qui ad eccl. cōfu l.fin. alias pñ tt.§.sed si hoc facere, & C. qño & quando iu. l. consentaneū. & Cy. not.ff.de dam.infe l si finita.§ Iulianus. Tempore aūt feriarum non pōt procedi, nisi in casibus. ff. de ferijs.l.t.& 2.& quàm pluribus alijs legibus. nō obstat prædictis extra de verb. sig. c. sæpe quia tota hæc glo. procedit, qñ summarie tātum debet procedere, ibi quando oīa illa uerba iungnntur simul de quo J. dicā. Circa modum probandi in hac summaria cognitione sciendum est, 8 quòd plena probatio est facere iudici plenā fidem, ut C. de eden. l.procurator. & de cōdi. ob tur.cau.l. t ff.de proba. l. quinquaginta. habet aūt hæc plena fides suos gradus. quandoque quis incipit suspicari, hoc est a leui argumento in vnam partem inclinare, quandoque quis incipit opinari animum suū aliqua rōne satis forti, non tamen quod credat non posse esse contrarium, quandoque procedit ultra, & incipit credere, ita forti rōne quòd firmiter inhæret uni parti, nec de contrario aliquo modo dubitat, & ita est plena probatio & plena fides, & hæc naturalis dicitur, & probatur.ff.de quæstio. l. t. in princip. ubi ad tormenta seruorum ita demum venire oportet, cum suspectus est reus, & alijs argumentis, ita probationi admouetur

4 Et male s̄m Bart. vbi plene vide l leg. si quis a liberis. §. si qs ex his. ff. de libe. agno.

5 Idem tenēt Imo. Petrus, & Geor. ubi supra.

n Idem tenent præ. dicti scrib. in d. cle. sæpe.

7 Dic melius quod illud tempus relinquitur arbitrio iudicis secundum Geo. in d.clem. sæpe.

8 Idem tenent Bart. & Franci. Cur. & ibi latius loquitur in l.admonēdi. ff. de iureiur.

uetur, ut sola confessio seruorum deesse uideatur, quod enim dicit, cum suspectus est reus, denotat primū gradum, quo quis incipit peruenire ad fidem. s. suspitionem. quod verò subdit, & alijs argumentis, denotat secundum gradum, quo incipit opinari, quod uero subdit de confessione seruorum, denotat ultimum gradum. s. quod plena fides habetur, & dicitur plena probatio. hoc autem probatur. ff. de testi. l. 4. §. eiusdem. in fin. quicquid aūt credas aut parum probatum opinaris. &c. & hoc plenius dixi in repetitione legis admonendi. ff. de iureiu. ubi de semiplena probatione tractaui. Nunc autem ad propositum dico, quòd quædam sunt causæ summariæ modici & quasi nullius præiudicij, & in his sufficit probatio per iuramentum, ut ff. ad exhiben. l. thesaurus. non enim nocet domino, si patitur me cauentem de damno infecto quærere thesaurum meum in fundo suo. idem ubicunque petitur exhibitio sola: secus si in actione 3 ad exhiben. ueniret possessionis translatio, ut l. Celsus. §. Iulianus. ff. ad exhib. Vel si aliter per exhibitionem damnificaretur reus, tunc non sufficeret probatio per iurām: sed requireretur alia, ut statim dicam. In his. n. ubi ita modicum præiudicium uertitur, ex solo iurō iudex ad suspitionem seu opinionem inducitur. Quædam sunt, in quibus aliquale præiudicium fit reo, tamen potest reparari per aliud iudicium, & tunc alia probatio requiritur, quàm per iuramentum. s. per unum testem: vel aliqua indicia & uerisimilia: ita quòd in suspitionem uel opinionem iudex aduocetur, vt ff. ad legem Aquiliam. l. in lege. Aquil. si deletum. ibi, ad suspitionem iudicem adducam, & de Car. edict. l. 3. §. causæ. ibi modicum pro puero facientem, & de ven. in posses. mit. l. 1. §. si ra. & ista probatio dicitur facta summarie, hoc est primarie, quasi ad primum gradum probationis peruenerit. s. ad suspitionem uel opinionem. & illud est quod dicimus, prima facie uidetur quòd sic. vel prima fronte, ut C. de edic. diui Adri. tol. l. fin. vel etiam potest dici summariè. i. breuiuiter. Nam ad plenam probationem secundū consuetudinem hodie approbatam per decretales requiritur quòd fiant articuli, & quòd singulariter & distinctè probentur. hic vero sufficit, quod summatim negotium probetur, ut d. l. in lege Aquil. ibi. summatim negocio exposito. & hoc intelligo in causis summarijs. valde fauorabilibus. s. ne propter probationes deficiant, ut alimentorum, & uentris. Si uero non fauorabiles essent, licet possint per aliud iudicium reparari, tunc quantumcunque sint summariæ, in eis plene probatio requiritur 2 ex parte agentis. dicitur aūt summariæ respectu defendentis: quia si accusator diceretur per calumniam postulare, uel aliquam exceptionem opponere, quæ requireret altiorem indaginem: differretur exceptionis probatio, ne impediretur actoris intentio. ff. ut in pos. legat. l. is a quo §. 1. & de præto. stipula. l. 1. §. pe. & ff. ad Trebel. l. ille a quo. §. si de testamen. & idem dico 1 de omnibus possessorijs iudicijs, quæ dico summariè examinari. ut C. unde vi. l. momentaneæ. & not. C. quorū legat. l. 1. in gloss. & possunt per iudicium petitorium reparari. nam in eis dico, quod requiritur ex parte agentis probatio, ut d. l. 1. C. quorum bo. ubi expressè dicitur. Circa uero exceptionem aduersarij & circa dilationes poterit uersari dicta summaria cognitio &, summaria dicitur hoc casu quasi prima facie hoc uideatur, cum iura partis non perfectè discutiantur. Quædam sunt, in quibus partibus uersatur præiudicium, nec possunt in aliud iudiciū reparari, nisi per appellationem, uel alijs modis legitimis: & in his si dicatur procedendum summarie, intelligitur solum quo ad ordinem, sed ab utraque parte probationes & defensiones audiantur, ut C. de naufrag. l. de submersis. licet ibi sit plusquam summarie agendum, ut extra de verborum significa. cap. sæpe. in cle. In his enim causis debet intelligi illa constitutio: & sic requiritur hic. Si enim in causis ubi ponuntur omnia alia uocabula scilicet summarie & de plano &c. si hoc est in dicta clemen. sæpe, multò minus hoc est, ubi dicitur summarie tantum procedi. & prædicta uera ubi contra præsentem proceditur. processus autem qui fieret contra absentem, ex quo posset contra eum aliquod decretum interponi, uel diffinitiua sententia ferri: semper debet dici summarie agitari. nam cum merita causarum partium assertione pandantur. ut l. fin. C si per uim uel alio modo. si fit parte absente, non potest dici, quòd plene liquent indicia. forte enim si pars fuisset præsens, aliquid ostenderet, & ideo totum quod probatur, dicitur constare summarie, hoc est primarie, id est, prima facie, & ideo gesta parte absente non ita porrigunt effectus suos ad extraneos: 4 vt l. qui repudiantis. & l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. test. cum si. & sic summatim cognoscuntur, ut dicit gl. C. de bo. autho. iud. poss. l. cum proponas. & in auth. ibi posita. & ff. ex quib. cau. in poss. ea. l. Fulcinius. §. 1. & ibi gloss. dicit, quòd secundum decretum non præcedit summaria cognitio, & quod in eo requiritur probatio per instrumentum vel per idoneos testes, ut l. fin. C. de bon. auth. iud. pos. sed in primo decreto, quia ibi generatur modicum præiudicium, quod potest de facili reparari, sufficit probatio per iuramentum, ut probatur in authentic. de ex. re. §. suscepto. alias. §. si vero quidem iurent. quod enim sit dictum summatim, sentit Specul. in d. §. postremo. circa fin. Et si quæratur quæ sint causæ summariæ. gloss. dicit, quod regulariter omnis causa requirit plenam cognitionem, ut l. iudices. C. de iudic. fallit in casibus, quos numerat. ff. ad exhibend. l. 3. §. sciendum. Specul. idem dicit, & cæteros casus enumerat. sed Din. ff. de præto. stipula. l. 1. §. penult. dat regulas sic. vbicunque agitur causa, in qua sententia lata tribuit ius finale, & aufert plenum ius & tribuit alteri: ibi desideratur causæ cognitio plena. vbi vero econtra non desideratur plena, sufficit semiplena, ut ff. quis or. in bono. posses. serue. l. 2. & de bonorum posses. l. 3. §. si causa cognita. sed certe illæ leges hoc non probant. Nam distinguunt utrum detur de plano, an iudice sedente pro tribunali. nam aliud est dicere de plano, & aliud est dicere summarie, vt infra dicam in sequen. gloss. nam bonorum possessio quæ tribuit ius, datur iudice sedente pro tribunali, & tamen non datur in forma iudicij, ut not. in d. § si causa cognita: suæ tamen regulæ mihi placent 5 ut dicamus sic, ubicunque sententia data tribuit ius finale, nec pōt per aliud iudicium reparari, nec per appellationem uel aliud remedium, tunc requiritur causæ plenaria cognitio regulariter, ut in d. l. iudices. C. de iudic. fallit in casu dictæ l. de submersis. C. de naufrag. Item in casu huius constitutionis. Item in casibus, qui ponuntur in capitu. dispendiosam. extra de iudic. in cle. Item in casibus, in quibus sententia potest ferri contra absentem, & negotium liquidari, ut C. quomodo & quando iud. authentic. qui semel. & C. ubi de crimi. agi oportet. authen. qua in prouincia. Item ubi peruenitur ad secundum decretum, ut dictum est. Secunda regula est quod ubi causa agitur super qua sententia lata non parit magnum præiudicium, vel parit tale quod per aliud iudicium potest reparari absque alia appellatione uel restitutione, uel simili remedio: tunc procedendum est summarie. Istud probatur in omnibus exemplis positis in dicto. §. sciendum, in gloss. & in eo quod supra dixi de iudicijs possessorijs. Sed hoc quod dico summarie, diuersimode accipitur, ut supra ostensum est. Sed dicas tu: nulla lege antiqua reperitur quod agatur summarie. nam in dicta l. 3. §. sciendum. ff. ad exhibendum. dicitur quod summatim debet cognosci, an actoris intersit. & sic illum articulum tantum dicit examinandum, non totam causam. Similiter in causa alimentorum & Carboniano summarium examinatur an sit filius, & sic unus articulus, ut ff. de liber. agnoscend. l. si quis a liberis. §. si uel parens. & C. de Carbonia. edic. l. 3. §. cæte. & idem

3 Vide plene per Ange. Are. in §. præterea. in 3. col. Institu. de actio.

2 Idē Ioā. de Imol. Petrus de Ancha. & Ge nathā in d. cle. sæpe. de verbo. signi.

1 Sequuntur Bar. & Sali. in l. j. C. quorū bono.

4 Et idem dicendum est regulariter de sētentia lata in causa summaria quis regulariter nō porrigit suum effectum ad alias personas, nec facit præiudicium in causa plenaria. Bal. in l. filium ff. de ijs q̄ sui, uel alieni iur. sunt.

5 Istā doctrinam sequitur Georg. in dicta cle. sæpe.

& idem in simili. sed vbi aliquid, quod est principalis causa intentionis, venit examinandum summariè: merito tota causa dicitur summaria. de secundo videlicet quando hoc, scilicet quod cognoscatur summariè, additur uni articulo, qualiter intelligatur. Ad quod dico, quòd si causa principalis est summaria, & omnes articuli sunt summarij: eadem ratione, vt dictum est. Si verò causa principalis requirit plenam cognitionem causæ, tunc de emergentibus & incidentibus videamus. Dico, quòd quædam sunt emergentes, in quibus, siue quis vincat, siue vincatur, causa principalis propter hoc non perditur. & in his semper dico summariè cognoscendum exemplum. ff. de pet. hær. l. si quis libertatem. in fin. de interrog. actio. l. defensor. §. illud. nec dico hic, vel in alijs emergentibus vel incidentib. agi summariè respectu ordinis, quia in his ordo attenditur respectu ipsius causæ principalis. Sed dico summatim cognosci respectu probationum: quia cum res sit modici præiudicij, sufficit, quòd ostendatur iudici sic esse prima facie, vt dictis legibus. Quædam sunt emergentes, in quibus ille, qui illas emergentes proponit, si vincit, propter hoc non vincit causam principalem sed remanet in dubio. sed si perdit in illa emergenti, perdit causam: vt cum actor in prima dilatione nil probauit: vel reus intentione actoris fundata in prima dilatione nil probauit, petit secundam, si obtinet, non vincit causam, sed remanet in dubio probationis. si verò perdit in illa emergenti, absque dubio perdit causam. In istis, si quidem loquimur de probatione impedimenti fienda ab eo, qui petit secundam dilationem: dico quòd sufficit summaria & semiplena probatio: quod patet, quia sufficit probari per iuramentum, vt extra de excep. c. pastoralis & ff. de excusat. tut. l. scire oportet. §. sufficit in fin. & ita determinauit papa, vt retulit Spec. in tit. de appel. §. nunc verò. ver. quid ergo quod tenet Guli. in l. ij. §. si quis. ff. si quis cau. & huius casus est ratio, quia consequitur modicum commodum, vt dixi. Sed quando de probatione impedimenti tractaretur, tunc illud non assero probari ex solo iuramento, & per solum iuramentum: sed considero istam emergentem ex parte resistentis: quia ex denegatione huius dilationis consequitur magnum commodum: & si vult impedire, requiritur causæ plena cognitio. vt est tex. C. de dilatio. l. a procedente. vbi expresse dicitur, quòd ideo causæ plena cognitio tunc requiritur: quia si denegaretur sententiaretur super principali quæstione: igitur de dilatione: quia aliquo casu requiritur plena cognitio scilicet quando denegatur: igitur in dubio dicitur plenam causæ cognitionem requiri argum. ff. de condict. indebi. l. sufficit. Quædam sunt emergentes, quæ habent se econtra ad prædicta, quæ ex parte eius qui emergentem proponit, si vinceret, totum ibi vinceret. sed si perderet, non per hoc perdit totum; nec aduersarius vincit. exemplum in exceptione rei iudicatæ, iurisiurandi, & transactio. quæ opponuntur à reo ante litem contestatam ad impediendum processum. si enim opponens vincit, totum vincit: si perdit, remanet lis. hoc enim ex parte opponentis requirit plenam probationem: vt vincat: potest tamen hæc cognitio dici summaria propter breuitatem dilationis: quia si requireret altiorem indaginem: differretur illa exceptio quantum ad impediendum processum, & contestabitur lis, postea opponetur in vim peremptoriæ, vt l. nam & postea, in principio. ff. de iureiurand. in textu & in gloss. & ex hoc dico, quod si opponens in illa exceptione succumberet, nec plenè ante litem contestatam probauit, posito quod super hoc examinati sint testes, & post litem contestatam iterum poterit opponi: & testes iterum examinari super eodem, & iterum publicari. nam primo fuerunt examinati summariè, ergo non impedit examinationem, quæ fit post litem contestatam, vbi fit plenariè. argum. l. pen. ff. de ijs, qui sunt sui. vel alien. iur. & in l. a diuo Pio. §. super rebus. ff. de re iudic. Item quia testes examinati super vna instantia ad vnum finem, non impediunt examinationem fieri in alia ad alium finem. argument. ff. de edend. l. argentarius. §. penulti. ff. de iure. l. qui tabulas. §. fi. sed hic ante litem contestatam producuntur ad vnum finem, scilicet ne procedatur: postea vero producuntur ad alium finem, scilicet vt diffinitiuè absoluatur. & cum instantia incipiat a contestatione, non potest dici quòd producantur in eadem instantia: vt hic est casus, & extra de testibus. capit. veniens. Quædam sunt emergentes vel verius incidentes, vt quando producuntur aliquæ peremptoriæ. & istarum quædam sunt, quæ a principali intentione non possunt separari, vt omnis exceptio intentionis. si enim dico, testamentum nullum esse, quia ruptum agnatione posthumi, vel si dicam actori, non competere ius agendi, quia meus seruus est, vel eum qui petit hæreditatem, non esse hæredem, quia ego sum hæres & similia. nõ enim potest pronunciari de vno quin pronuncietur de altero: tunc de hoc incidenti cognoscendum est plenè. quod patet, quia sententia lata super principali parit exceptionem rei iudicatæ super incidenti, vt l. j. C. de ord. cogn. l. ij. & de exceptio. rei iudicat. l. si inter me & te. quod intellige si principalis causa requirebat plenam causæ cognitionem, vt d. legibus: secus si summariam, vt ff. de ijs, qui sunt sui vel alieni iuris. l. penultima, & de liberis agnoscendis. l. si quis a liberis. §. uel si parens. Quædam aliæ sunt incidentes, peremptoriæ, quæ possunt separari e principali, vt quæ verè est exceptionis exceptio, id est, actionis exclusio. nam vtrunque esse non potest: & potest de vno cognosci, & aliud omitti. Et istarum quædam sunt, quæ principaliter non possunt per se in alio iudicio agitari, vt exceptio pacti: & si quæ sunt aliæ meræ exceptiones: & de istis sine dubio debet plenius cognosci, cum ex vtraque parte debeant plenius discuti: vt in dicta l. iudices. C. de iudic. & hoc facit, quia parit plenum præiudicium ab vtraque parte. Quædam sunt exceptiones, quæ possunt per se examinari in alio iudicio: non tamen ad eundem finem, ad quem proponuntur in primo: exemplum in l. vendicantem. & l. sequent. ff. de euict. tunc debet etiam plene probari eadem ratione: tamen licet quis succumbat per modum exceptionis, potest illud postea deducere in iudicium per modum actionis, vt d. l. vendicantem. in fin. & l. seq. ratio est: quia ad diuersum finem agitur. & sic non videtur eadem res, vt l. cum quæritur ff. de except. rei iudicat. ita no. Cyn. C. sentent. rescind. non posse l. peremptorias. dixi plena quantum ad hoc in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligat. Quædam sunt exceptiones, quæ possunt per se examinari in alio iudicio ad eundem finem per modum agendi, vt exceptio compensationis. sicut enim cum opponitur, tendit ad hunc finem, vt mihi satisfiat compensando: ita cum ago, tendit ad hunc finem, vt mihi satisfiat soluendo. & ista cum possit in alio iudicio reparari habet in se aliquid summariæ cognitionis: quia si habet altiorem indaginem, iudex non debet eam admittere. C. de compensa. l. fina. & ideo si opponeretur compensatio debiti naturalis, quod non potest deduci in alio iudicio agendo, hoc non haberet locum, sed deberet plenè examinari sicut aliæ exceptiones, ut dictum est. Sed si admittitur ad hoc, vt opponens vincat, vel vt reprobetur compensatio, requiritur plena causæ cognitio, cum plenum etiam faciat præiudicium: vt l. quod in diem. §. si rationem. ff. de compensa. & ff. de neg. gest. l. si autem. §. si. Sed si iudex eam dimitteret non reprobando, tunc non faceret præiudicium, vt ibi. Et prædicta de his, quæ emergunt ante sententiam. sed post sententiam quandoque occurrunt aliquæ emergentes uel incidentes: & ideo dici quòd post sententiam aliquando opponuntur aliquæ exceptiones ad merita causæ. non ad sententiam, vt in casu l. i. C. de iur. & fac. igno. & tunc idem dic quod

supra

supra. Quædam sunt quæ opponuntur contra ipsam executionem: vt quia dicit, quod non debet fieri executio: quia sententia nulla, vel lata prætextu falsorum instrumentorum, vel alia similia: & ista requirūt summariam cognitionem quo ad breuitatem dilationis: quia si requiruntur altiorem indaginem, non impediretur executio, sed exceptio

summariè & de plano[a]

reseruaretur præstita cautione de reddendo, quod exigitur. C. de fal. l. ij. & C. de preci. imper offe. auth. quæ supplicatio, & extra de in integ. resti. c. suscitata. sed si probationes deberēt esse in promptu: vt C. si ex fal. instr. l. fi. ibi, manifestæ probationes &c. idē puto quādo opponitur exceptio, quod non debet mandari executioni in totum: sed quatenus quis facere pōt, vel alia similia: vt ff. sol. mat. l. si ex diuerso. §. fi. et fi. Quædā exceptiones opponuntur non cōtra executionē simpliciter, sed cōtra rem, in qua fit executio. istæ simpliciter requirunt summariam cognitionem quo ad breuitatem, & quo ad semiplenam probationem: vt lege, a diuo Pio. §. si super rebus. ff de re iud. ratio: quia ibi vertitur modicum præiudicium: quia si non mandatur executioni super illa re, mādabitur super alia. Item de illa quæstione poterit cognosci in ordinario iudicio: vt ibi dicitur. Sed quando cōtenditur vtrū sententia sit executioni mandanda vel non, & sic de viribus sententiæ: tunc est res magni præiudicij. Sed quid si in causa summaria iudex in sententia dixerit se habuisse plenam causæ cognitionem: an per hoc faciet præiudicium in alia causa? Respon. non, quia debet intelligi se habuisse plenam secundum quod natura causa exigit: vt l. si vnum, in princ. ff. loca. & de vsur. l. si stipulatus. & de dam. infec l. damni infecti. § quædam. & quia cognoscere summarie non est solum in iudice, sed etiam in parte, quæ forte non curat producere probationes ideo: quia scit causam posse reparari in alio iudicio. & hoc maxime verum est, si pars contradicit sententiæ: vt in c. sæpe. in fi. extra de verb. sign. in cle. Sed illud c. loquitur in causis, quæ parant plenum præiudicium, quocunque modo agatur. sed si in causa in qua requiritur plena probatio, diceret se habuisse cognitionem summariam: puto sententiam non valere: quia plenaria causæ cognitio est de substantialibus: vt C. de sen. l. ex stipulatione. & C. commina vel epi. l. iudex. ideo si omittitur, vitiatur sententia: vt no. C. de sen. l. prolatam. Item quod supra dixi de hac dictione summariæ idem intellige si diceretur, quod causa deberet recte examinari simpliciter: de quo verbo fit mentio in d. c. sæpe. quia debet intelligi hoc simpliciter sine plica, id est, sine distinctione & inuolutione: vt ff. pro socio. lege, coiri. & de vulgari & pupillari substitutione. lege prima, & de verborum obligationibus. lege prima. §. si quis simpliciter.

a De plano, i planum est opposită alto. Item altum dicitur ratione loci vel styli. dicimus enim quem vti alio stylo. Item de plano fieri oppositum est ei, quod fit velociter. quæ libet istarum significationum potest habere locū hic: vt statim patebit. uideamus ergo, quæ causæ debeant agitari de plano, & quid importet: & dico si quidem causa est vilis, uel de vili materia, uel vilium personarum: tunc hic agitur de plano: ut C. de senten. auth. nisi breuiores. & ff. de offic. procon. & leg. l. nec quicquam. §. de plano. & de ac. l. leuia. & tūc de plano importat, quod iudica non sedente pro tribunali: & sic non in loco alto. Item quando non seruatur stylus aliorum iudiciorum: sed sine libello, uel in alijs solennitatibus cognoscimus ueritatem: ut not. in dicto. § de plano. in gloss. & Guli. de Cun. in l. leuia. secundum unam opinionem ueram. Si uero est causa ponderis grauioris: tunc regula est, quod causa debet agitari plene. & solenniter cognosci: ut l. iudices. C de iudic. fallit in quibusdam causis, quæ agitantur de plano. ut ff. de quæstio. l. unius. §. fi. & extra de iud. ca. nouit. in fi. & extra de accusa. c. olim. & in his non intelligitur exclusus ordo iudiciarius: ut dicto capit. olim. & ibi no. per Inn. & ratio quia in causis magnis procedere ita repentine sine solennitate, est stylus altus nimis. solum enim reges & principes hoc faciunt. Sed procedere ordinarie est in his de plano procedere. hoc est non frequēter, nec stylo alto. Vides ergo, quod ex diuersitate causæ stylus dicitur altus diuersimode: & in his semper puto, quod non erit necesse iudicem sedere in alto tribunali, sed in camera poterit fieri. & hoc si de tota causa agitanda de plano quæritur. Si uero quæritur de aliquo articulo unius causæ, quæ debet agitari ordinarie, an articulus aliquis poterit agitari de plano? Dic quod quædam facit quis in iudicio coram iudice, ubi sufficit præsentis iudicis. ut producere libellum coram iudice. & illud semper potest fieri de plano, hoc est iudice non sedente pro tribunali, & die feriata ob necessitatem hominum: ut l. miles. §. sexaginta. ff de adul. Idem in appellatione, quæ solum coram iudice interponitur: ut C. de ferijs. l. j. per hoc dico, quod relationes nunciorum quæ fiunt iudici, possunt fieri de plano. & si aliquis habet terminum ad producendum aliquid coram iudice, idem: quia de plano poterit fieri, per dictas leges: secus si habuit terminum ad probandum: quia per hoc solum, quod exhiberet coram iudice, non fieret probatio. nisi parti detur copia & terminus ad opponendum & sic quod productum est, approbabitur uel reprobabitur: hoc est, ei imponetur fides uel non: ut C. de fid. instrumen. l. fi. Quidam sunt articuli, in quibus opus est iudicem aliquid facere: & tunc si quidem illud est modici præiudicij, ita quòd summariam cognitionem requirat: secundum quod dicitur. C. de defen. ciui. l. iubemus. §. illud, & dixi in præcedenti gloss. & tunc poterit de plano examinari: hoc est iudice non sedente pro tribunali, & die feriata ob necessitatem hominum, ut ff. de interro. act. l. uoluit §. fi. Si uero illud potest esse ab aliqua parte magni præiudicij: tunc non debet agitari de plano, sed plene causa cognita & iudice sedente pro tribunali: ut C. de dilatio. l. a procedente. & prædicta uera in causis, in quibus uenit ferenda sententia diffinitiua. Sed contingit aliquando, quod coram iudice agitantur quædam causæ & non sperant sententiam, sed aliquod decretum iudicis. & in his dic, quod quando decretum tale interponitur in his, quæ sunt mere uoluntariæ iurisdictionis, & nulla alia causa requiritur nisi partium uoluntas. & ista de plano interponitur, id est iudice non sedente pro tribunali: vt institu. de liber. §. serui. & ff. de manu. vin. l. non est omnino. Quædam sunt, quæ requirunt causæ cognitionem: & tunc si quidem est cognitio leuis seu summaria: vt in tutore seu curatore, qui datur sine inquisitione: & ista possunt similiter agitari de plano: ut ff. de tute. l. qui habet. §. quolibet loco & in bon. posses. quæ non tribuit ius: ut ff. quis or. in bo. pos. ser. l. ij §. dies & de bo. posses. l. 3. § si causa cognita. Quædam sunt, quæ requirunt ueram & plenam causæ cognitionem: vt datio tutorum ex inquisitione, & bonorum possessio, quæ tribuit ius: & tunc non potest fieri de plano, sed iudice sedente pro tribunali, ut ff. de con fit. iur. lege, naturalis. § fina. & de bon. possessio. lege tertia. §. si causa cognita. & dicta lege tertia §. dies ff. quis ord. in bonor. possessio. seruc. Sed aduerte, quia in istis casibus licet requiratur plena probatio, non tamen est causa ordinaria: imo non fit in forma iudicij, imo nulla parte citata. ut nota. in d. §. si causa cognita. & dicto. § dies. Et illo respectu potest dici non plenaria, & per ea, quæ dixi in præceden. glossa & sic patet, quod illæ leges quæ dicunt de plano cognosci, longe differunt ab his, quæ dicunt causam summarie agitari. unde ex. d. l. tertia. §. si causa cognita, & d. l. 3. § dies, non debuit Dyn. sumere regulas in materia summariæ cognitionis, ut dixi in prædi. glos.

Sine

a Facit ad hoc clem. vestra. extra. vbi dicitur, quod iudex potest procedere sine figura iudicij se informādo de fama, de notorio & de legitimatione: nec requiritur quod pro tribunali sedeat nec quod citet partes. Ant.

Regum & principum est de causis arduis summarie cognoscere.

[3] Quomodo intelligitur, vide Oldrad. in cons. 115. incipiẽte, In iudicio est considerare. & Car. I cle. 2. q. 43. de iud. vbi latè tractat hanc materiam.

sine strepitu & figura

[a]. Sine strepitu.[3] sic extra. de ac. c. olim. & de sta. mo. c. ea quæ & de elect. c. indemni. §. si verò. lib. 6. & de hære. c. si in prin. lib. 6. & de iudi. c. dispendiosam. & de verbo. sig. c. sæpe. Io. etc. & strepitũ. quidam dicunt esse omnem iudicij solẽnitatem, quæ magis spectat ad ordinem, quam ad inuestigationem veritatis. quorum opinionẽ refert Innoc. in d. c. olim. de accu. sed non tenet eam. bene dic ergo quòd strepitus idem est quod rumor. & descẽdit a strepo strepis, quod idem est, quod rumorem facere, secundum Hug. sicut enim per verbum de plano, remouetur altitudo loci vel styli, vt dictum est: ita per hoc verbũ strepitus remouetur altitudo vocum & declamatio, ideo additur quandoque, absque aduocatorum & iudiciorum strepitu & figura: vt d. c. si. in prin. de hæret. lib. 6. & per hoc dico, quòd in causis, in quibus debet procedi sine strepitu, si pars diceret iudici, quòd approximaret se ei, & quod volebat ei dicere aliquid in occulto, quòd iudex debet hoc facere: alias grauaret enim: prædicta tamen iura non haberent locum in hac cõstitutione: quia hic dicitur. quod iudex potest, non autem imponitur ei necessitas. In alijs autem causis iudex non cogitur eum audire, nisi palam ante tribunal: vt C. de episc. & cler. l. iubemus. in fin. Item licet aliàs detur dilatio parti ad quærendum aduocatos: vt ff. quibus ex causis maiores. lege ab hostibus. in fin. & lege, ait prætor. in fine. § finali. tamen isto casu non erit danda: quia ab ea est remotus strepitus aduocatorum: puto tamen, quòd hoc verbum ad maiorem expressionem apponatur. nam per hoc, quod dicit de plano, satis potest intelligi respectu loci styli, & vocis.

Dilatio datur parti ad quærendum aduocatos.

Figura quid sit.

[b] Et figura. Figura cuiuslibet rei est apparens forma ipsius. vel facies, in qua rei substantia figuratur: vt ff. de act. & oblig. l. non figura & ita dicit. Io. An. in c. sæpe. extra de verb. sig. in gloss. super verbo, non exigatur. quod est verum in figura rei corporalis, vt C. de edi. diui Adri. to. l. fi. & ff. de ver. sig. l. quoties aliquid. vbi hoc melius probatur quam alibi. rei verò incorporalis figura, dicitur eius natura. vnde rectè dicimus figuram actionis esse ipsius actionis naturam: vt C. de rei vxo. ac. l. 1. §. cum autẽ, ibi, eadem figura &c. Quædam sunt facta prout cõsiderantur in fieri seu in actu faciendi: & ipsorum figura est ipse ordo faciendi. vnde in grammatica dicimus figuræ simplicis, quia simpliciter proferuntur, quia igitur actus proferendi est simplex, ideo dicitur figuræ simplicis. hic autẽ loquimur de figura iudicij. & iudicium licet habeat multas significationes: hic tamẽ accipitur pro actu examinationis & decisionis causæ. Figura ergo iudicij est, quòd partes iudicij sint factæ secundum ordinem debitu, & debitam probationem seu propositionẽ: & ex ista figura iudiciũ accipit suum esse & suam substantiã quod patet: quia si ordo non seruatur, iudicium est nullum: vt C de sen. l. prolatam. vnde per hoc quod dicit sine figura, tolluntur substantialia iudiciorũ, vt ipsum verbum importat: vt no. Io. An. in d. c. sæpe. in gloss. super verbo, figura. Sed contra hoc oppo. quia sublatis substantialibus nullo modo erit iudicium, cum res non est per petua sine eius substantia: vt l. obligationũ substantia. ff. de act. & obliga. Sed hic in veritate est iudicium, licet extraordinariam. Sol. tolluntur substantialia iudicij iure ciuili introducta: non autem ea, quæ sunt naturalia iure naturali seu gentium inducta naturali ratione, vt infra, in multis ostendam. Item aduertendũ est, quòd Io. An. in d. c. sæpe in gl. super verbo, nõ exigit. dicit quòd iudex non astringitur hoc casu ad aliquas formas, regulas, vel figuras iudiciorum: nisi in quantum in d. c. exprimitur. & illa expressa magis respiciunt figurã facti negotij vel causæ, quàm iudicij, secundã eũ. Tu dic, quòd iudex per hæc verba releuatur ab omni forma & figura iudicij inducta a iure ciuili: & tenetur obseruare omnem figuram & formam iudicij inductam de iure gentium, vel naturali ratione: & de his loquitur vt plurimum illud cap. licet aliqualiter egeat declaratione: vt infra declarabo. Animaduertendum est, quod dicit Ioan An. quòd si omnia dicta verba sci licet summarie, simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicij, non proponerentur: non haberet locum quod dicitur in d. c. sæpe. vt ibi no. in gloss. super verbo, in figura. quod est verum, si a primis incipias, & istud vltimum omittas. Sed si proponeretur istud vltimum. s. sine figura iudicij, licet omnia verba præmissa essent omissa: idem importaret, cum omnia substantialia essent sublata. Quod igitur de significatione huius verbi dicam; intelige idem si omnia cõiungerentur. quid ergo hæc verba importent per oẽs singulas partes iudicij, prosequamur latius quàm in d. c. sæpe, declaratur. Quæro igitur verũ sit necesse quòd pars citetur? Respon. sic: vt in hac l. innuitur. Item quia hoc est de iure naturali. nam primum hominem delinquentem citauit deus dicens: Adam vbi es? hoc enim probatur de re iud. c. pastoralis. in cle. vbi sententia domini imperatoris Henrici, qui fecit hanc l. & postea damnauit Robertum regem Hierusalem & Siciliæ, cassa fuit ex eo, quòd citatio facta legitimè non fuit. & probatur in d. c. sæpe. Item an est necesse, quòd personæ legitimentur? Respon. sic, vt in hac constitu. ibi, vel aliàs legitimè &c. aliàs sequeretur absurdum. s. quòd alter non habens mandatum à me posset mihi præiudicare: quod repugnat iuri naturali: vt C. de inoffic. testa. l. si quis in suo. ff. de re iud. l. factum cuique suum. & extra de reg. iur. c. non debet aliquis. lib. 6. & hoc tangitur in d. c. sæpe. Item an requiratur petitio? Rñ. in casibus huius legis oportet, quod præcedat accusatio, inquisitio, vel denũciatio: vt dictũ est. alias vbi causa deberet agitari sine figura iudicij, dicitur in d. c. sæpe. quòd nõ est necesse, quòd libellus detur in scriptis, sed iuxta petitionis formã pronũciatio sequi debet pro parte agentis vel rei, si quid petere voluerit. & in ipso litis exordio facienda est petitio siue inscriptis, siue verborum actis tñ inserẽda, vt ibi dicitur & iustũ est quia naturale est, quòd agẽs petitionẽ suã proponat. nã corã Salomone mulier ita dicit: filius meus viuit: filius istius mulieris mortuus est: vt notat. C. de sentẽ. ex bre. recitã. l. 2. & extra. de præsump. c. afferte mihi. & habet in 4. lib. Reg. 3. c. vbi illa petitio latius ponit. Et aduertendum quòd illa petitio cõtinet solũ facti narrationẽ, & nõ conclusionem. ex quo infero quòd licet illa petitio nõ habeat omnia solennia, quæ de iure requiruntur, vt not. ff. de edẽ. l. 1. in prin. tñ sufficit si est gñalis. vt est ar. C. de anna. excep. l. si in prin. Idẽ si cõclusio nõ est legitimè facta: vt l. j. §. j. ff. si mẽ. fal. mo. di. uel si nõ petetur cũ cõdẽnari, sed petit eũ cogi quod fieri nõ debet vt C. de exec. rei iud. l. j. tñ in hoc casu quo sine figura iudicij proceditur. valebit iudiciũ. Si n. procedit vbi sola facti narratio est absque conditione vlla: multo magis si conclusio nõ erit bene facta. si tñ ex narratione possit comprehendi, quid actor velit. argu. C. de rei vxo. act. l. j. § j. & hoc est quod volunt dicere verba dicti c. sæpe, dum dicit, iuxta petitionis formam q. d. licet non pronuncietur in eo, quod est petitum, sufficit si pronuncietur iuxta id quod est petitum. Aliud est enim iuxta petitum, & aliud petitum iudicare. ff. de iudic. l. sol. l. iam tñ. §. in hac, versi. quid tamen. semper tamen intellige, quòd non sit tanta incertitudo, quod auferat defensionem reo: vt j. dicam. Item an poterit opponi exceptio. rei iud. vel finitæ ad impediendum processum? Respõ. sic: quia de iure naturali est ne bis iudicet in idipsum: exceptiones vero quæ magis differunt, & susfurantur causæ veritatẽ quàm ipsam respiciãt, põt iudex repellere: vt dicto c. sæpe. Illa enim de iure naturali non sunt, imo contrariantur. Item an procedi possit tempore feriato? in d. c. dicitur quòd sic, si sunt feriæ indictæ ob necessitatem hominũ: secus si ob honorem Dei. ratio: quia de natura iudicij sunt feriæ indictæ in honorem

Feriato die an iudex procedere possit.

rem

iudicij, † prout. ª illi qui iurisdictioni præest,

rem dei. præcepit enim deus coli sabbata & quasdam festiuitates. An sit contestanda lis? Respon. nó. nã dicitur ibi, lite contestata non postulet. ratio: quia est solennitas iuris ciuilis. eo tamen casu, quo merita causarum tractari incipiunt, vt quis legitimatis personis proponuntur exceptiones, vel fiunt positiones & articuli, habent vim litis contestationis ad faciendum procuratorem dominum litis. item quo ad certos effectus contes. lit. vt C. de procu. l. nulla. ibi. post causam in iudicio agitatam. & ibi post inchoatam causam, non dicit lite contestata. Sufficit ergo quòd quocunque modo causa incipiat agitari. hoc no. in l. nihil. C. de procu. itẽ an de calum. sit iurandum: in d. c. dicitur ꝙ sic: ne veritas occultetur. in contrariũ facit: quia hæc solennitas videtur inducta a iure ciuili. vt de iuramento calum. l. 3. sed dic primum verum ꝙ iuramentum defertur in tota causa ẽt de iure naturali & diuino. hoc enim tẽpore Moysi inductum est propter incredulitatem, vt aliquis deberet iurare: vt extra de iureiu. c. & si Christus. & Exo. 22. capit. si igitur iuretur super quolibet articulo: vt fiebat olim: vt C. de iura. calum. l. 2. satis putarem sufficere: maximè cum tale iuramentum possit omitti: vt d. l. 2. §. sed quia veremur. Item an debeant dari dilationes? videtur quod sic. nam in d. c. sæpe. dicitur amputandam dilationum materiam: & litem quantum poterit faciat breuiorem: non tamen sic litem iudex abbreuiet, quin probationes vera & defensiones legitimæ admittãtur. & ita d citur ibi: qđ iuris naturalis rationi congruit. Cum enim probationes sunt faciendæ, oportet quòd fiant in termino: & puto quòd valeant, si fiant sine dilatione: vt l. vnius. in §. cognitum. ff. de quæstio. & ff. de adul. l. in crimine. & ibi dixi non æquum esse dilationem certam dari causa breuiandæ litis. & ꝙ dicit, ꝙ non sint nimis breues, congruit naturali æquitati. nam aufertur parti actoris iustum, reo verò aufertur defensio. quæ ex æquitate naturali est: vt l. vt vim. ff. de iust. & iu. & est expressum in clemen. pastoralis. de re iudic. Sed ad quid dabitur ista dilatio? in d. decre. dicitur, quòd primo datur terminus ad faciendum positiones, & articulos simul, postea vero datus terminus ad producendum omnia, quæ partes voluerint. Sed certè illud est expressè statutum illius decr. quæ vult in hoc seruari vsum: hoc tamen non est de iure naturali nec ciuili: cum sufficiat dari in causa ad probandum vnam dilationem: vt ff. de fer. l. si. vnde in hoc in foro ciuili non est seruanda ista decr. Item an in dictis causis, in quibus proceditur sine figura iudicij, testes debeant iurare? hoc enim non reperitur de iure digestorum, nisi in l. Theopompus ff. de do. præle. sed videtur mera cõstitutio imperatoris: vt C. de test. l. iurciur. puto tamẽ ꝙ iurare debeant: per ea quæ dicta sunt de iura. calũ. Sed an præsente parte? puto ꝙ sic: aliàs auferretur ei defensionis copia, qđ repugnat æquitati naturali: vt dictũ ẽ. circa vero dicta testiũ puto, ꝙ debeant esse talia, quæ concludant: sicut in causis ordinarijs. ar. eius quòd dẽ in Daniele de Susanna, & qđ no. C. de test. l. testium. Sed ª an requiratur publicatio testium: glo. in l. si qñ. C. de testib. dicit ꝙ per Danielẽ inductũ est ꝙ examinatio fiat secretè: vt legitur in lib. Danielis 12. ca. hoc est igitur de iure naturali seu diuino: & ex hoc sequitꝰ ꝙ debeat publicatio fieri: aliàs aufertur parti sua defensionis. Si n. non publicarentur, non possent impugnari testes & eorũ dicta: sed auferre defensionẽ, repugnat iuri naturali: vt dictũ est. Sed an in hac causa post dicta testificata poterunt testes produci? R. ñ. nõ. cũ sit prohibitum propter timorẽ subornationis. & sic ex quadã naturali æquitate, quæ est ne alter alteri insidietur: vt ff. de iust. & iur. l. vt vim. hoc est introductum & positum inter alia ciuilia præcepta. Item an in hac causa poterit petere quis, vt sibi edantur instrumenta? Respon. ꝙ non. & hoc est prohibitum non solum iure ciuili, sed etiam naturali æquitate: vt C. de eden. l. qui accusare. vbi hoc prohibetur expressè. Item an requiratur conclusio in causa? Respon. non: vt d. c. sæpe. dicitur. hæc est enim solennitas mere ciuilis. statim enim cum liquet iudici de causa, sine aliqua alia conclusione potest sententiare de iure naturali: vt patet in illa sentẽtia lata p Salomonem. 3. Reg. cap. 3. & eo exemplo puto, quòd non sit necessaria datio termini ad allegandum. facit quod dixi in præcedenti gloss. Item an debeant partes citari ad audiendum sententiam? in d. c. sæpe. dicitur quod sic. quod intelligitur ut infra dicam in glos. super verbo, prædicto crimine. Item an hoc casu cum proceditur sine figura iudicij, requirantur illæ solennitates, quę à iure positę sunt circa sententiam? Resp. non est necesse, quod feratur iudice sedente pro tribunali, ut d. c. dicitur. hæc enim est solẽnitas ciuilis. sed debet ferri in scriptis, vt ibidẽ dicitur. certè hoc quòd feratur in scriptis, est solennitas ciuilis. quæ est de esse sentẽtię. quod sit deliberata, & nõ subita. l. 2. C. de sent. ex breuic. reci. tamẽ dicta decretalis statuit, quod feratur in scriptis. In foro autem ciuili nõ arbitror illud necesse isto casu, vt patet in prædicto exemplo Salomonis, & in dicto c. in gl. dicit, quod de iure antiquo nõ est necesse sententiã proferri in scriptis: sed in scriptis redigatur. ut possit probari, ut dictum est de petitione. nam soli assertioni iudicis non creditur: nisi sit Papa, uel imperator, vt extra de probatio. cap. quoniam contra falsam. & eodem tit. ca. 1. in cle. Sed si in sententiãdo non seruaretur forma. l. 2. C. de sentẽt. & inter. omn. iud valeret: vt si procurator esset præsens. & condemnaretur dominus: quia hæc solennitas est iuris ciuilis, non naturalis seu gentium, quod patet, quia licet alteri absenti quis non possit stipulari de iure ciuili: tamen alteri oritur obligatio naturalis, vt ff. de verborum obligationibus l. stipulatio ista. §. alteri. & ibi nota. & idem puto, si iudex ferret sententiam in absentem non citat..., quòd ualeret hoc casu eadem ratione. aliàs secus, vt lege, furioso. ff. de iudic. & ibi nota. & C. quomodo & quando iudex. lege ea quæ, in glossa idem puto, si præcedenti cognitione, quæ requiritur secundum ea, quæ dicta sunt, si iudex nulla alia data sententia iuberet reum capi vel distrahi pro debito, valeret. licet enim magis illa sit natura executionis, quam condemnationis, & sic non valeret aliàs. vt C. de exceptio. rei iudica. l. 1. tamen in hoc casu valeret, exemplo dictæ sententiæ Salomonis. illa verò fuit natura executionis. hoc etiam patet, quia talia ante ius ciuile manu regia expediebantur: vt ff. de orig. iur. l. 2.

ª Prout. Posuit plures modos procedendi, & plures formas, & in his dedit iudici potestatem eligendi aliquam prædictarum, vel ordinariè procedendi si sibi videbitur. Sed huic ob. d. c. sæpe. vbi dicitur, & iudex non potest ordinariè procedere, nisi de partium consensu. Sol. ibi causa sic cognoscenda committitur, s. sine figura iudicij. hic verò fuit dictum, vt possit procedere hoc modo: & sic non fuit positum sub necessitate. l. non quicquid. ff. de iudi. & C. quomodo & quando iudex. l. 1. Sed dices tu: ad quid ergo fuit apposita hæc clausula, prout illi iudici videbitur expedire, &c. Resp. secundum hoc potuit eligere quam viam volebat: sed vna electa dubium est, an possit ad aliam postea redire sicut dicimus de eo qui assumptus est vt arbiter & arbitrator, vt no. in Spec. in tit. de arb. §. sequitur. versi. quid si compromissum. & dixi. ff. de fur. l. si dominiũ. qđ dubium hic tollitur. potest enim ex hoc procedere modis prædictis, prout sibi videbitur: hoc est illo tempore, illa qualitate, vel specie procedendi, quæ sibi videbitur. Ad cuius intelligentiam sciendum est de significatione huius verbi prout. quandoque enim

† Vide de hoc Bald. & Ale. in l. 1. C. qui adm. & ibi Salicet. & Bald. in l. ne quis quã ver. de pla no. denũ. proconsul.

ª Et adde an publicatio processus sit de substantia iudiciarij ordinis, vt p doc. in c. cũ I. & A. de re iu. & eũdẽ Bar. in l. prolatã. de sen. & interlo. & gl. in c. statutũ de hæret. lib. 6. Io. And. d. ca. cum I. & A. Publicatio testiũ an regratat.

Iudicis assertiõi nõ creditur.

enim aliquid adijcitur per hanc dictionem prout, quod est diuersum ab eo quod primo positum erat: & tunc ponitur similitudinariè, ut ff de solutio. l. prout quisque. similitudo enim est circa diuersa, ut no. ff. depo. l. quod Nerua: quandoque respicit idem. & tunc si per hanc dictioné adijcitur aliquid præteritum, & de illo constat: tunc intel-

videbitur [a] expedire.

ligitur limitatiue: ut C de eden. l. edita. ibi, prout edicti perpetui monet authoritas. Si uero de illo præterito non constat: tunc in dubio intelligitur prout casus licet, ut sic, concedo tibi, ut possis colligere uectigalia tantæ quantitatis, prout est hactenus consuetum. id est, quia sic consuetum est. ut extra de uerbo. sig. c. abbate sanè licet ibi loquatur de dictione: secundum quod, uel iuxta quòd. sed eadem est ratio. sic loquitur quod no. per Cy. C. de contrah. & commit. stip. l. secundum responsum. & hoc in legibus, priuilegijs, & contractibus, quia illa fiunt animo aliquid disponendi. Idem in sententijs, quæ causæ cognita proferuntur: secus in confirmatione, quæ fieret sine causæ cognitione: quia tunc intelligitur conditionaliter: ut extra de confir. uti. uel inuti. c. 2. & quòd ibi no. & extra de ele. ca. quoniam abbas. Si uero per hanc dictionem [a] prout, adijcitur aliquid de futuro, tunc ponitur limitatiuè, ut d. l. edi. prout dicitur, ius dicentis decernit æquitas. nam illa licentia mutandi & emendandi limitatur secundum modum de præterito, scilicet prout edicti monet authoritas & secundum aliud de futuro. scilicet prout dicentis decernit æquitas. istud respicit omne tempus futurum. & ista limitatio est circa tempus & qualitatem, ut no gl. in d. l. edita. & sic iudex hic omni tempore quo uult, potest procedere cum figura iudicij, & sine. & sic potest eligere uno tempore unam uiam, & alio aliam. Item ex eo quod dixi, quòd solum in tempore & qualitate facit limitationem, & sic non in substantia dispositionis appareat, quòd si illa qualitas uel tempus non limitaretur, non uitiaretur dispositio. exemplum non potest de hac lege poni: quia iudice procedente apparet qualiter sibi uidetur procedendum. pone ergo quod Titius legauit mihi centum prout per eũ declarabitur. certè ipso non declarãte ualebit. ff de hær. inst. l. 2. & l. cum pater. §. si. ff. de leg. 2. & C. de inst. & subst. l. pen.

[a] De qua uide glo. in l. edita. C. de edendo. in uerbo. prout. & ibidem per eundẽ Bartol. ac Cy. sed plenius per Bal. & ad de no. per Angel. in consi. 11.

[a] Videbitur. Hoc uerbum uidebitur. denotat arbitrium boni uiri. [b] ff. de uerb. obl. l. continuus. §. cum ita. & de fideicom. lib. l. fideicommissaria libertas: & ita potest quilibet dictorum modorum esse iustus & approbatus, & potest iudex eligere quemadmodum uult. puto etiam hoc casu, quod si hæc cõstitutio diceret, prout iudex uoluerit: quod nec plus nec minus posset. Et pro hac declaratione uideamus differentiam inter liberam uoluntatem, & arbitrium boni uiri, cum etiam uoluntatem includat. & quidem de uoluntatis esse est quod sit libera, nec possit cogi necessitate præcisa. ut C. de hær. inst. l. cum proponas. Sed cogitur quadam necessitate consequentiæ, ut si quis uult effugere tormenta, hoc uult liberè, & potest nolle, sed si hoc uoluerit, in consequentiam uult illud sine quo tormenta effugere non potest. & ista est necessitas consequentiæ. Nam dicitur uerè, coacta uoluntas, uoluntas est. ut ff. quod metus caus. l. si mulier. §. quod si metu. uolũtas enim est, quod libere uult antecedens. & ex illa deducitur ad uolendum consequens. Item sciendum est secundum theologos & philosophos, quod uoluntas nunquam appetit nisi bonum existens uel apparens, licet quandoque uelit aliquid quod cognoscit esse malum, illud uult sub ratione alicuius boni delectabilis seu apparentis ipsi uoluntati. In proposito uoluntas alicuius potest considerari respectu eius quod ipse uult tanquam delectabile ratione regulata, uel non, & illa dicitur uolũtas libera. Alio modo prout ipse uult recta, & regulata ratione, & istud dicitur arbitrium boni uiri: quia bonus uir hoc arbitraretur, ut ff. iudi. sol. l. uir bonus. & ff pro socio. l. si societatem. §. arbitrorum. cum similib. & uerba quæ important liberam uoluntatem, sunt uerbum nolo, ut l. cum quidam. de leg. 2. & d. l. fideicommissaria libertas. de fideicommis. lib. Item uerbum libet seu libuerit, ut ibidem. Idem enim est dicere quod libuerit, id est quod liberè uoluerit. Itẽ ubicunque uerbum arbitrium, & similia ponuntur cũ hac dictione plenum siue liberum, ut l. fideicommiss. §. quanquam. de leg. 3. Item hoc uerbum iudicio tuo, importat liberam uoluntatem, ut ff. de fideicom. l. ber. l. Thais. § Lucius secundum glo. ibi positam. Sed licet alias transierim secundum illam glo. uidetur mihi tamen, quòd directo text. ibi dicat contrarium, scilicet quòd importet arbitrium boni uiri: quod plus placet. Quid enim est dicere iudicio tuo, nisi facta disputatione intra temetipsum postea iudices? quod ad boni uiri arbitrium sine dubio refertur. Concludo igitur quod exceptis prædictis omnia important arbitrium boni uiri, ut uidebitur, approbauerit, comprobauerit, & similia, ut d. l. fideicõmissa uel placebit, ut d. l. Thais § sororem. & multa alia quæ ponuntur. ff. de lega. 1. l. si sic. quæ hic non repeto: quia dico esse regulam de omnibus exceptis prædictis, ut dictũ est. nec obst. ff. de fideiusso. l. græcè. in princ. ubi æquiparat uerbum nolo, & uerbum cupio, & similia: quia ut dixi, utrunque continet uoluntatem: sed unum liberam, & aliud regulatam, ut ex prædictis colligitur. uerbi gratia, quandoque committitur facultas contrahendi, quandoque facultas largiendi ex causa lucratiua. quandoque facultas iudicandi. Primo casu quando committitur facultas contrahendi per uerba significantia arbitrium boni uiri circa contractum: tunc sine dubio debet arbitrari suo arbitrio regulato ratione: prout bonus uir & diligens paterfam. facturus fuisset, ut l. hæc uenditio. ff. de contrahen. empt. & ff. pro socio. l. si societatem. §. arbitrorum. & de oper. lib. l. si libertus. sed si hæc facultas concederetur per uerba significantia liberam uoluntatem, tunc omnia potest, duobus exceptis. Primo quòd non donet. hoc enim non uenit in concessione uoluntatis liberæ, ut l. filius. §. 1. ff de do. Secundo quòd dolus absit: & omnia alia quæ dolo carens facere potest, ut ff. man. l. creditor. §. Lucius. hoc enim non repugnat regulis iurisgentium, secundum quas licet contrahentibus se decipere, ut ff. de min. l. in causæ. §. Idem Pomponius. unde uides, quod quantumcumque committatur in uoluntatem liberam: intelligitur uoluntas libera a regulis iuris ciuilis. sed semper remanet limitata a regulis iurisgentium, ut etiam insequentibus not. Secundo casu principali, uidelicet quando conceditur facultas largiendi ex causa lucratiua: tunc si per uerba significantia arbitrium boni uiri, debet eligere, ut bonus uir. l. cum quidam, ff de leg. 2. & l. si sic 1. respon. & de leg. 3. l. fideicom. § quanquam. & de fideicom. lib. l. fideicommissaria libertas. Si uero per uerba significantia liberam uoluntatem, tunc potest facere omnia contra regulas iuris, seruatis regulis iurisgentiũ, ut ff. de mili. te. l. 1. ubi permittitur testari militi, quomodo uult. & per hoc potest relinquere deportato, cuius status nullus est de iure ciuili, non autem damnato in metallum, qui est seruus pœnæ: uel seruo proprio: cum seruitus sit constituta a iuregẽtium, ut l. eius § si deportati. & § seruum pœnæ. & §. seruum proprium ff. de mi. test. & hoc uult dicere. l. cum quidam. ff. de legat. 1. Nam ei qui est indignus propter offensam, non donatur: sed donatum reuocatur, ut l. si. C. de reuo. do. Ideo bonus uir. hoc est iudex secũdum regulas iuris ciuilis non arbitraretur ei largiendum, sed secundum naturalem æquitatem declaratam. per ius diuinum maioris perfectionis est retribuere ei, qui offendit, quã alteri. nam ille in cuius libera uoluntate committitur, potest eligere indignum. Tertio casu principali scilicet quando committitur facultas iudicandi, si quidem per uerba im-

[b] Idem tenent Bar. & Alex. in l. si sic. ff. de le. 1.

Voluntas coacta uoluntas est.

Verba liberam uoluntatem importantia.

Deceptio de iuregẽtium permittitur.

ba imponentis arbitriũ boni uiri, debet sequi omnes regulas iuris ciuilis, ut l. 1. ff. de arbi. Si uero per uerba significãtia liberam uoluntatem, tũc è liber a regulis ciuilibus: debet tamen seruare regulas iurisgentiũ, seu naturalis æquitatis, q̃ idẽ est per dicta iura. & est casus extra de re iudi. ca. pastoralis. in cle. Nã imperator solutus est legibus, & ex uigore suæ potestatis uult sententiam, tamen quia in quibusdam fecit ibi cõtra naturalem æquitatem: ideo sententia cassatur. & ex hoc apparet, ꝙ in casu nostræ legis ubi proceditur absque figura iudicij: quia non cõmittitur iudicium per uerba significantia arbitriũ boni uiri, debet seruare regulas iurisgentium seu naturalem æquitatem: cum uerbũ sine figura, importat, quasi committatur per uerba significantia liberam uoluntatẽ, & per hoc apparet soluta quæstio, quando potestati datur arbitrium liberum an possit per hoc poni facere iniustitiã: certè nõ, quia hoc est contra naturalem æquitatem: sed potest omittere solennitatẽ iuris ciuilis, de hoc per gl. in d. c. sæpe in glo. super uerbo, defensiones dixi ff. de do. i. filius familias. Sed quid si apponuntur uerba significantia utrunque, & prout arbitratus fuerit & uoluerit? Respon. ut dixi, quòd unum prædictorum inest alteri, quia non est arbitrium sine uoluntate, & regula est, quando duo ponuntur copulatiuè, quorum unum de necessitate alteri inest: unum resoluitur in adiectiuum, ut ff. de pact. l. 1. ibi, in idem placitum & consensus, id est placitus consensus. Ita in proposito exponatur. i. uoluntate arbitratus sit, & sic arbitriũ boni uiri importabit. facit. ff. pro soc. l. nec adiecit, etiã si dictum sit liberè, ut dictum est. Quid si dicatur in statuto, ꝙ in tali negotio procedatur de facto? Certè intelligo [a] eodem modo i. manu regia ut l. 2. in prin. ff. de ori. iur. cum sit omissa omnis solennitas ciuilis: non est quòd iura alterius alio modo tollantur, nec laedantur contra naturalem æquitatem. Idem per quæcunque uerba concipiantur. non enim quis potest esse solutus magis legibus quã Imperator, & tamen sua libertas ad hoc non extenditur: ergo &c. Quæro an dictis casibus iudex possit reijcere exceptionem præscriptionis, uel aliam procedentẽ ex mero rigore iuris ciuilis? Rñ. in his quæ ipse iudex habet facere, non tenetur sequi regulas iuris ciuilis, sed in his, quæ iam à iure facta sunt: ita quòd si ex hoc ius alteri quæsitũ sit, uel ablatũ, iudex non habebit immutare: sed tenetur illud sequi. Casus est ff. depo. l. bona fides: aliàs esset auferre ius alterius, q̃ est cõtra naturalem æquitatem.

Ad hoc [a] si quã cõitas, [b] corpus, [c] uel collegium, vel alia quæuis psona cuiuscunq; status [d] dignitatis [e] vel cõditionis [f] existat, su p dicto crimine [g]

[1] Idẽ tenet las. in l. certi cõdictio. §. si nũmos. ff. si cer. pe.

[2] Cõmunitas habitare dicit in loco ubi habitãt eius p̃sidentes, seu in quo loco popul' cõgregari cõsueuit in palatio: Bal. i aut. sed eũ testator. 2. col. i prin. in uersic. Item habitare dicit. C. ad l. Falcid.

[3] Sequuntur Bar. & Bal. in l. si cui. §. j. ff. q̃ cuiusc. uni.

[a] Ad hoc. i. iuxta hoc, aliter secundum hoc, ut C. de iudi. auth ad hoc, & hic incipit tertia pars, in qua ponitur statutum speciale in modo procedendi contra contumaces.

[b] Communitas. [2] nomen generale est ad uniuersitatem ciuitatis, castri, uel uillæ cuiuslibet municipij: quod ab ipsa hominum cõmunitate principaliter regitur. sic C. de episc. & cle. authenti. nulla cõmunitas. & x. collat. de sta contra liber. eccle edi. §. item nulla communitas.

[c] Corpus, generale nomen est ad omnes simul cohabitantes, uel non. & quod sequitur collegiũ, est quando simul cohabitant. [3] & simul colliguntur. ff. quod cuiusq; uni. l. 1. in prin. & est casus expressus hic, quòd uniuersitas potest delinquere, & contra eam potest procedi, & puniri. licet quidam cõtra, ut plenè dixi in l. aut facta. §. si. ff. de pœnis.

[d] Status. siue liber, siue seruus, siue ingenuus, siue libertinus, ut ff de sta. ho. l. 4. cum seq. Item siue sit integri status, siue diminuti, ut ff. de uat. & extraor. co. l. cognitio. §. 1. uiles ergo homines hac lege tenẽtur, licet aliàs nõ curetur, si de imperatore solo uerbo maledixerint, ut C. si quis impera. maledi. l. 2.

[e] Dignitatis. per hoc patet, ꝙ in hoc crimine cessat priuilegium concessum eis, qui habẽt dignitatem cũ administratione, ut ea durante nõ conueniãtur, ut ff. de iudic. l. pars literarum, & ꝙ ibi no. cessat etiã priuilegium cõcessum quibusdam in dignitate existentibus, ut C. ubi sena. uel claris. l. fina. prout ibi tangitur de modo procedẽdi & sententiandi: priuilegiũ tamen iudicis remanet, & quia ut dixi, hic iunt legitimandæ personæ Barto.

[f] Conditionis. masculus uel fœmina: minor uel maior. tamen tali ætate quòd in eum cadat delictum sui iuris uel alterius, ut ff. de excep. l. 1. in prin. coniuncto §. parui. Item siue sit laicus, siue clericus, ex ui uerborum tamen contra clericum non potest procedere laicus: nisi ratione feudi, [4] ut extra de fo. com. c. uerum. & C. de epis. & cleri. auth. statuimus. & iste imperator Henricus quosdam episcopos propter rebellionẽ suis feudis priuari fecit. Bar.

[4] Idẽ Panor. in ca. cæterũ, de iudicijs, quamuis Barba. ibi contra.

[g] Super dicto crimine. citata uel citatum per nuntium, ut est J. Videtur ergo, ꝙ in hoc casu non sit necesse in citatione exprimi factum limitatum loco & tempore: sed sufficit, quòd citetur super crimine læsæ maiestatis, ut hic apertè dr̃. Sed quid ubi alias super dicto crimine debet procedi ordinariè? Rñ. idẽ, ut C. de exhi. re. l. 1. in fin ubi dicitur, quod postquam citatus uenit ad iudicium, debet explorare. i. dicere quare fuit uocatus. & sic patet, quòd in citatorio hoc non fuit expressum. & quia in criminalibus debent fieri citationes, sicut in ciuilibus. ff. de pæ. l. absentem. & ibi no. ff. de re iudic. l. 1. & ibi no. Sed in ciuilibus debet citari reus, ut ueniat, & sui præsentiam faciat, ut C. quomodo & quando iudex. l. consentaneum, & no. in authent. qui semel. co. tit in glo. super uerbo, uocetur. Contrarium not. extra de dilat. capit. 1. per Ber. & allegat. 5 quæstio. 2. cap. si primates. Sed ibi speciale est, cum ad synodum uocatur episcopus fauore dignitatis episcopalis. Sunt & alia multa, quæ fauore hominum, qui in dignitate sunt, statuuntur, ut C. ubi sena. uel clariss. per totum. sed in casu præsentis constitutionis cessaret dictus fauor pro eo quòd dictum est ĩ cuiuscunque dignitatis &c. Sed contra in d. c. sæpe de uerbo, significa quia quando fertur sententia, debet citari ad hoc. & sic uidetur, quod in citatione debet dici ad quid specialiter citetur, etiam cum sine figura iudicij procedatur. Et hic dicitur, quod uigore huius citationis generaliter factæ, quòd ueniat responsurus super crimine tali, possit ad sententiam procedi. Solu. si citatus in prima citatione non comparet, procedet. quod hic dicitur: sed si comparuit, & stetit ad processum usque ad finem, si tempore sententiæ non adest, debet citari specialiter ad hoc, ut ibi sit si enim primæ citationi ueniendo satisfecit, si postea se absentat, citari iterum debet. C. de bon. authori. iudi. pos. authent. ei qui. Sed tunc ubi debeat citari, uel ad domum suæ habitationis, quæ forte est in prouincia, uel in curia, dicam. J. in glo. super uerbo, edictum. Et est aduertendum, quod licet hoc casu quando sine figura iudicij proceditur, terminus peremptorius non sit necessarius, ut dicam in glos. super uerbo, in termino. tamen ubi quis citatus illa citatione generali, ad hoc ut eius uigore possit procedi ad ulteriora, requiritur, quòd fiat citatio peremptoria, uel tres, quæ habent uim peremptoriæ, ut d. l. consentaneum. & hoc siue fiat ante litis contestationẽ, siue post, ut ibi not. Item dicta citatio specialis ad sententiam audiendam similiter debet esse peremptoria: ut l. ad peremptorium. ff. de iudicijs. Aliæ uero citationes, quæ fiunt in medio ad certum actum, ut ad uidendum iurare testes, & similia, semper intelliguntur.

Citatio debet habere causam quare re' citetur.

h H peremptorio

peremptoriæ, ut extra de exceptio.cap. pastoralis. & ibi de hoc per Ioan. Andre. facit.C. qui accu.nō poss. l.si ea, ubi terminus ille intelligitur peremptorius. qđ patet: quia ulterius non andit. Dilationes uerò, quæ dantur ad probandum, intelliguntur peremporiæ, cū non dantur plures quàm una, nisi causa cognita, ut ff.de fer.l. fin. Item

per nunciū, a uel p lite-

ex eo quòd dicitur simpliciter sup dicto crimine, patet quod loquitur hæc constitutio etiam ex parte accusatoris. si citetur quod ueniat ad procedendum, uel si inquiratur de imponendo pœna talionis. ista enim sunt de tangentibus istud crimen, ergo & cætera. patet in texta.

a Per nuntium. quotiens constituit ipsemet iudex, ut C de spor.l.a.& ibi not.& in autheo.de iudi.§.ne cessarias.colla.6.& puto quòd posset constitui etiam infamis, licet sit officium publicum. nam uilissimis personis congruit secundum mores nostros: ergo ab hac infamia non repellitur, ut C.de infam,l.1.lib.10, pro hoc l.nec infames.C.de decur. lib. 10 sed secundum leges deberent eligi personæ diuites & approbatę, ut in authen.de iudic.§.his autem.colla.6.facit quia infamis potest esse procurator, instit.de excep. §.fin. & arbiter, ut ff de arbitr.l. Pedius. alias incipit, parat. & ff.de postu.l. 1.§ sed est æquissimum. Et si dicas, quo modo creditur ei, cum infamis non possit esse testis, statim dicam. item debet iurare se facturum officium legaliter.argu.de fide instru.l. comparationes, & C.de secun.nupt.l.hac edictali.§ hu illud. & arg. in authent.Iusiurandum quod præstatur ab ijs.§.1. colla. 2.puto etiam si non iuret, posse eum exercere officium, ut C.de arbitr. authenti.decernimus.eligitur enim periculo iud.cis eligentis, ut d. authen.de iudi. §. hoc autem. & ideo uidetur quòd si non appaset, quòd aliquis sit electus nuncius, quòd non est curandum, cum statim eo, quòd sibi sit commissio de citando, in ipsa commissione eligitur. sed si ex lege municipali electio nuntiorum deberet fieri à consilio, & non à iudicib. tunc deberet constare de ea, uel sufficeret quod esset in possessione exercendi illud officiū. l. Barbarius. ff. de officio præto. & C. de test.l. 1.nec potest nuntius aliquem citare, nisi fiat ei commissio, C.de exhibend.re.l.neminem. Sed an citatus debeat credere eum esse nuntium? Respond.ut dicitur in authenti.de colla.§.eos. col.9. quòd exactores qui mittuntur in prouincia, antequam inchoent, debent suas literas insinuare iudici prouinciæ. ex quo colligitur, quòd ex eo quod in curia ipsius iudicis apparet, quòd talis est nuntius, quòd possunt citari per eum omnes subditi sui in eius territorio & in eadem prouincia, nec eis aliter fides fieri debet. & sic credere debēt, licet in multis partibus obseruetur quod tales nuntij habent aliqua signa, quibus cognoscuntur, in quo consuetudo loci est seruanda. Sed si citaret extra prouinciam, non esset credendum ei sine literis, ut d.§. eos. facit.C. de mandat. princi.l. 1. & hoc in indicib. ordinarijs. sed nuntio delegatorū uidetur credēdum sine literis, extra de officio delegati.capitulo prudentiam. facit quod no.in titulo de citatione.§. 1.p Specula. Sed an arbiter, uel iudex inferior poterit uti nūtijs superiorum? R.ñ. sic, ut in t authen. de defen.ciuit.§ deinde eos. colla. 2. ibi, prouinciali officio &c. Sed an eidem nuntio deferenti debeat iudex credere, cū sit onus? Quidam dicunt quòd non, ut l. iusiurandum. C.de test.contrarium ē uerum, ut hic, cum in singulari dicat nuntium.facit. C.de episco. & cle. omnes: §. si uerò apparitor, & ita utimur, & creditur eis in his, quæ sibi commissa sunt, & ex eorum officio dependent: ut se citasse, & similia.facit.C. ad legem Corneliam de falsis.l.si quis decurio. quia similiter ēt seruus de facto proprio interrogatur. l. interrogata. C. de quæstio.multo magis infamis.si uerò ei commit-

Infamis ꝓcurator eē pōt, nō aūt testis.

Nūtium quē eē an credat̄ sine literis.

teret aliquid ut referret, quod alios fecisse uidisset: tunc in modicis creditur sibi, in magnis nō curemus, ut iudex possit procedere, ut ff.de rebus eorum.l. magis puto.§ ne tantum, & C. de accusationibus. l. ea quidem.facit ff.de custo.reo.l.diuus, & quod dixi in gloss. super uerbo nuntiationem &c.

ras, b seu ēt per edictū c

b Per literas. 1 sigillatas sigillo ꝓprio uel publico, ut l.si publicanus.§ 1.de publi.& C. de episcopis & clericis.l.si qua per calumniam, & ibi no.& extra de probationibus. capit. post cessionem. Potest etiam sigillare alieno annulo, dummodo faciat de hoc mentionē, ut ff.de testamen.l.ad testium §.a de hoc in Spec.de cita.§. iam de citatione. uersi, literas. Igitur puto tutius esse, quòd tales literæ publicentur manu notarij, & ita multi obseruant. licet enim fiant literæ, tamen non est necessarius nūtius, q. portet. sed in hoc differt: quia quando solus nuntius mittitur, debet talis esse, quod citatus debet credere ipsum esse nuntium, ut in præcedenti gloss. hic autem satis est, ut credat uel credere debeat literas esse alicuius iudicis. Sed dices, quid si negare uolueris literas tibi fuisse portatas? Respond. iudex stabit in hoc relationi sui nuntij. reus enim se citatum cognoscit a iudice per literas. an autem fuerit nuntius, ipsius iudicis est cognitio. nam & portare ipsas literas est signum euidens, quòd sit nuntius. argu. ff. de lega. 1.l. seruum filij.§.cum qui chirographum. & C. de donatio.l. 1. Sed an actor ipse poterit portare literas citatorias? uidetur expressum quòd sic. ff. de fur. l.cum qui.§.si epistola.uersi. sed si interfuit. ubi si quis pro se ipso portat epistolam si pars negaret eam sibi præsentatam fuisse, esset graue quòd ipsi actori crederetur: nisi forte literarum præsentationē probaret per alios, & ideo si præsentaret coram testibus & notario, qui inde conficeret instrumentum, putarem sufficere.

1 Literæ qū ꝓbār, no. Bar. in l. nō epist. C. de ꝓb.

c Per edictum. Iste modus citandi conuenit ordinarijs & delegatis a principe, & non alijs. ut C. quomodo & quando iudex. authen. qui semel. Item non solum in his casibus, sed in alijs omnibus, ut ibi patet. sed de iure canonico non potest fieri nisi de sola commissione, & tunc solum contra eos, qui procurāt ne ad eos citatio perueniat: uel ad quorum loca non potest tute accedi, ut extra de iudic.capitu. 2.in clemen. quæ limitatio secunda fuit multum æqua, ut ibi patet. sic puto iudices in foro nostro debere practicare. Nam ibi tres modi citandi permittuntur alternatiue: & sic iudicis arbitrio. sed in his debet seruare æquitatem: ut in auth. iusiurandum quod præsta, ab his. §. primo, & per Inno. extra de consti.cap.1.glo. notabilis. & Archidia. de constitut. lib.6. Si ergo potest per nuntium citare, uel epistolam, uel literas: non est æquum, quòd citet per edicta, & si faceret, grauaret partem, & ideo per iudicem appellationis posset infringi processus. hoc autem scilicet quem impedire, ne ad eū citatio perueniat, uel non posse accedi tute. sæpe accidit: scilicet quādo citatur aliqua ciuitas, uel dominus, aut multi ciues unius ciuitatis. Argu. extra de rescr. c. statutum.§.cum uerò eiusdem. lib. 6. Item si locus in quo persona est citanda, est rebellis: non enim tute mittitur nuntius ad locum inimicorum, ut l.sciendum.§. si accusatio. ff.de le & l.de ætate. ad Trebellia. & l.4. ff ex quibus cau. maio.§. si sceu. puto tamen recte fieri, antequam hęc citatio fiat, quod super hoc ad iudicis informationem aliquid cognoscatur: ut d l.de ætate. Sed quis terminus in tali edicto ponetur? Respon. cōgruus, ut possit uenire in notitiam citati. ut possit posteà ad locum citationis cōparere in ciuilibus, ut d c 2.de iudi. in cle. ne aliter edictum contineat impossibile, ut ff.de eo.qđ cer.lo.l.4.§.si quis ita. In criminalibus uerò datur dilatio longior. secundum formam.l.2. C.de exhib.re, quę tñ dilatio non

uidetur

videtur necessaria in hac lege: cum absque figura iudicij procedatur: cum illa sit solennitas iuris ciuilis, vt F. no. in glo. super uerbo, figura. Sed qualiter sciat iudex moderare terminum, cum ignoret vbi reus moretur? Rñ. text. est C. quomodo & quando iudex. authent. qui semel, vbi dicitur, quod iudex præsens debet examinare vbi sit reus. sed hoc videtur impossibile, quod testes examinati corã iudice hoc dicant. s. aliquẽ modo esse Florẽtiæ. vnde debet sic intelligi, ut dicit text. in authen. de exhiben. re. §. si illud vere. col. v. vbi dicitur, quod iudex examinet inquantum possit, in quam terrã abijsse dicitur. ex eo ergo quod dicatur abijsse: apparet quod sufficit sola fama vel vulgi opinio, quod in certum locum dicatur abijsse. quod ergo in dicta authen. dicitur vbi sit, id est, vbi esse dicit.[1] & ex eo quod dicitur, examinat, poterit intelligi summatim ad sui informationem etiam parte non citata: & ibi not. hæc est practica vera & pulchra, & est notabilis. Quid si hanc examinationem nõ fecerit? Certe aliquid de substantialibus[2] videtur omissum. vsus tamen & communis practica hoc non patitur, sed satis est assignare terminum congruentem per distantiam loci vbi est, vel vbi habitare consueuit, vbi citare sufficit, vt l. j. §. j. ff. de libe. agno. l. iij. §. dominum, alias prior. ff. de dã. infec. Quid si intra terminum cõparet aliquis & dicit citatũ abesse, petẽs sibi terminum prorogari, vt citatum inueniat, & ei denunciet, an sit audiendus? Rñ.[3] ille videtur excusator veniens ad allegandum causas absentiæ. ideo audiẽdus est faciendo fidem de absentia. quo facto si petat terminum, vt eum inueniat & ei denunciet, audiendus est. C. vbi de cri. agi opor. auth. qua in prouincia. Sed quid si talis reuertẽs dicit se illum diligenter inquisiuisse, & non potuisse inuenire vbi esset? Respon. quod procedat iudex tanquam contra contumacem nam post illam dilationem auditur ille si veniat vel mittat legitime: alias secus, vt d. auth. qua in prouincia. hic autem neutrum facit. Sed an prædictis modis potest quis citari, vbicunque etiam extra territorium ciuitatis? quod videtur. C. de episc. & cler. l. omnes. § executoribus. versi. verum si apparitor, & de offic. præfe. vrb. l. ij. vbi subditum suum quis citat etiam extra territorium existentem. in contrariũ est casus extra de re iudic. c. pastoralis, vbi declaratur, quod imperator per se nõ potest citare eũ, qui est in terris ecclesiæ, sed debet superiori denunciare, vt ei denunciet. Cy. in quadam disputatione dicit, quòd illud fuit compositum per errorem canonistarũ. sed cum illa decretalis fuerit facta in generali concilio vbi est copia magnæ intelligentiæ, non est verisimile quod in illo capitulo fuerit erratũ. vnde temeraria est dicta solutio. vnde dicit[4] Paulus de Leaza. in d. cap. quod ille qui est iudex alicuius ratione domicilij, potest citare illum extra territorium quacunque citatione: cum talis absens alium isto superiorem non habeat per quem citari possit. & ita loquuntur iura prædicta. Si vero loquimur de subiecto ratione delicti vel contractus, & sic per accidens: tunc talis iudex non citat extra territorium, vt d. cap. pastoralis, & hoc quo ad executionem faciendam in rebus, quæ alias non sunt in territorio citantis, vt extra de foro compe. c. Romana. §. contrahentes. lib. vj. Sed certe primum membrũ ratione domicilij placet, sed secundum displicet. primo per dictũ §. contrahentes, vbi fit citatio extra territorium etiã quo ad pronunciationem demittendo in bonis quæ nõ sunt in territorio citantis. Secundo quia directo est cõtra casum huius constitutionis. & quòd sic intellexerit Imperator patet: quia citationem factam de rege Roberto existente extra territorium, asserit legitime factam, & loquitur hic de citatione facta a quocunque. qui præest iurisdictioni. Idem in causa capitali. & si dicas, hoc imperator non potuit, concedo in terris ecclesiæ. Dic ergo, quòd Papa potest citare quemlibet vbicunque existentem. quia ipse est vicarius Christi, cuius est terra & plenitudo eius orbis &c. vt extra de iudic. cap. j. in clemen. Item per vniuersum imperium officialis, qui præest vni prouinciæ, potest citare homines existentes in qualibet prouincia imperij: quia hoc facit authoritate imperatoris, vt d. l. omnes §. executo. ver. verum si apparitor, & d. l. ij. de officio præfect. vrb. & hic. sed imperator vel alius princeps secularis non potest citare quem in terris ecclesiæ: quia etiam illas terras sibi libere reseruauit, vt dicto capit. pastoralis, debet ergo scribere superiori illius loci, vbi persona citanda moratur, vt notificet sibi, vt ibi. & ff. de requiren. re. l. j. § j. Sed quid si ille iudex rescribat, quòd non vult ei notificare? Videtur, quòd non imputetur hoc reo quia per eum non est factum, vt ff. quod vi aut clam. l. j. sed secundum hoc iudex non potest expedire processum. ergo dic, quòd habebitur tanquam legitime citatus, licet enim ipse de se non impedinerit citationem fieri, impediuit tamen defensor eius scilicet suus superior: quod sufficit, extra de electio. capit. causam, in clementi. ibi, verum si per appellati, aut suorum &c. Vel dic, quod propter eius negligentiam poterit ipse iudex citare per edicta vel nuntium: sicut si esset in eius territorio. argum. C. vbi in rem actio. l. ij. & de iudic. l. nulli, & quod ibi not. & hoc plus placet mihi. Quid si in primo termino citatus comparet, & postea se absentauit, qualiter citabitur? Respond.[5] aut prima citatio fuit facta simpliciter, quòd compareat super tali negotio responsurus: & tunc veniendo satisfecit primo termino: & eadem solennitate est citandus hac secunda citatione sicut in prima, vt dictum est supra, in glo. super verbo, super dicto crimine. Aut prima citatio facta fuit magis extense: dicendo quod veniat responsurus super tali negotio, & ad procedendum in causa prædicta, vt iuris fuerit vsque ad finem: & tunc veniendo non satisfecit termino, nisi stet vsque ad finem: quia tunc est intelligendũ, vt stet in conspectu iudicis: ideo tunc sufficit citatio per præconem ipsum citando per ciuitatem, quòd talis iudex facit citare talem. tunc enim si non comparet, procedetur in causa. Aut enim erat præsens in ciuitate & non comparet: & talis proclamatio arctat eum. l. si eo tempore. C. de remis. pigno. Aut non erat præsens, & ex eo quòd se absentauit a ciuitate, erat contumax ex virtute primæ citationis, & ex hoc quia morari debet in ciuitate, vbi est curia: licet in quo loco sit, incertum sit. Sic etiam admittitur citatio per præconem, quando est incerta persona, quæ citatur: vt dicam infra. nec obst. prædictis. C. de bon. author. iudic. possi. l. eadem. & authent. ei qui, & in corpore vnde sumitur: quia ibi promisit & instauit de iudicio sisti, magis respectu partis, vt ei committatur obligatio ad interesse, vt ff. si quis cau. l. secunda in fine, quàm respectu iudicis, vt dicatur contumax si ibi non est: ideo debet solenniter citari facta inquisitione, vbi esse dicitur. Consulo tamen ad fugiendum prædicta, quòd reo comparente in primo termino in causis, in quibus non est locus detentioni, vt ei dicatur a iudice, vt certum locum in ciuitate eligat, vbi sit citandus. Sicut enim potest eligere domicilium, ut ff ad municip. lege, domicilium, & lege, nihil. ita potest eligere quo ad certum actum. Quidam autem præcipiunt tali sic comparenti, quia est ex longinquo, vt singulis diebus & horis, quibus redditur ius, compareat coram eo. Et quia de citatione quæ fit per præconem, facta est mentio: quæro quando licet per præconem citare? Quidam dicunt, quòd citare licet reum, non actorem. vt C. quomodo, & quando iudex authent. qui semel. & ita uidetur tenere Specul. in titu. de cita. §. sequitur, circa princip. Sed certe ratio posita in authentic. qui semel scilicet, quod vox præconis paucis innotescit, est communis ad actorem & reum. vnde dictum Specu. potest esse verum in eo casu, quo reus potest esse in loco, vt dixi. dic ergo, aut est citanda persona certa, quia constat de eius interesse: aut ignoratur quis sit ille,

[1] Idẽ Bal. in aut. qui semel. in gl. alleg.

[2] Imo nõ est de substantialibus, secundum Bal. in d. auth.

[3] Sequuntur Cyn. Sal. & Bal. in d. auth. qua i prouincia. infra alleg.

[4] Et idem Zabarel. ibidem.

[5] Idem Bartol. & Alexan. in l. 4. de dã. infec.

cuius interest. primo casu ipsa persona citanda est nominatim. ff. de uent. in spi. l. 1. §. pe. Sed qualiter? Aut est certũ, ubi sit, nec alibi est ex uirtute citationis, & non potest citari per præconem. i. uocem præconis: ut dicta auth. qui semel. aut debet esse in aliquo loco uirtute citationis, sed ignoratur locus: quia nescitur, in qua parte sit ciuitatis: & tunc sufficit citatio

publicè [a]propositum citata, [b]uel citatum [c]neglexerit [d]in termino [e]personaliter [f]vel legitimè [g]

per præconem, ut s. ostensum est, ut l. si eo tempore. C. de remiss. pig. cum ista citatio non præiudicet, nisi præsentibus, ut ibi patet. facit quod not. per Innocen. extra de maio. & obe. c. fin & hoc nisi citanda esset aliqua multitudo. C. de decuri l. 2. li. 10. & no. per Inno. in d. c. si. extra de ma. & obe. si uero ignoratur, quæ sit persona, cuius interest citari: tunc sufficit citari per præconem, ut l. si uacantia. C. de bo. uac. li. x. & d. l. si eo tempore.

a Publice. solam propositionem requirit: sed de iure cano. debet prius uerbo literas legendo in aliquo publico loco citari: postea literæ debent affigi publice. scilicet in foribus maioris ecclesiæ, ut ca. 1. extra de iudi. in cle. hic enim circa locum loquitur large, quod sufficit publice proponi in loco, ubi ius redditur uel in foro nundinarum vel alibi, ubi moris est publice fieri præconia, ut in a. const. C. circa fi. ibi, edictis ex more propositis. quanto tempore edictum stet affixum, ibi nõ exprimitur: unde erit in arbitrio iudicis, ut ff. de iur. delib. l. 1. Sufficit autem in actis scriptum esse quod edictum fuit publice propositum in tali loco. nec est necesse scribi, quod tanto tempore stetit: nec etiam præsumitur inde sublatum, cum hoc facere sit delictum: ut l. si quis id quod. ff. de iurisdi. om. iudi. cautius tamen esset, si quis de hoc faceret fieri scripturam. Præconia etiam debent fieri in locis publicis & consuetis, ut d. consti. C. circa fi. & sufficit, quod præco referat se præconizasse per ciuitatem in locis publicis & consuetis, etiam si non exprimantur loca. nam talia loca consueuerunt esse notoria, & sic expressio non est necessaria: ff. de contrahend. empt. l. cum seruo. §. fin. & sic obseruat consuetudo &c.

Præconi creditur dicenti eiusque se præconizasse.

b Citata persona uel ciuitas.

c Citatum. corpus uel collegium. sed qualiter hoc fiat in citatione, quæ fit per edictum, clarum est: cũ ibi sufficiat propositio in loco publico, ut in præcedenti gl. sed cum fit per nuntium uel per epistolam: quem citabit nuntius eius, uel cui literas præsentabit? Io. An. extra de concess. præb. c. si capitulum. lib. 6. dicit quod requirat eum, qui habet conuocare tale collegium, quod illud congreget more solito. quod si se includeret, uel impediret ne fieret ꝑpositio uel præsentatio, perinde est, ac si esset facta. quod satis placet. Potest etiã dici, quod sicut unum hominem singularem quis potest citare, licet solum caput eius respiciat, & non aliud corpus. ff. de in ius uoc. l. satis. & arg. l. cum in diuersis. ff. de relig & sum. fu. sic etiam quis uniuersitatem potest citare citando caput eius: hoc est illos, qui præsunt uniuersitati, ciuitati, communitati, uel collegio, ut l. municipibus. ff. de condi & demonst. Potest etiã dici, quod si tutor potest citari in causa pupilli, ita hoc modo rectores in causa uniuersitatis. A. g. ff de pactis. l. itẽ magistri. & l. seq. & de admi. tuto. l. 1. §. sufficit. Sed indicens illud uerum est, quando commissio fieret de citãdo tutorem: sed si fieret de citando pupillum, an sufficeret citare tutorem: posset dubitari: & ideo consilium est, quòd fiat commissio de citando tutorem, & pupillum, & de citando rectores administratores, & uniuersitatem: tunc sine dubio sufficit citare rectores. Potest etiam dici, quod sufficiat, quòd nuntius per terrã clamet, quod ipse ex parte talis iudicis citat talem uniuersitatem. cũ enim talis citatio fiat de multitudine, sufficit fieri per præconem, ut dictũ est. s. in glo. super uerbo, edictum. Per citationes autem istas, quæ fiunt de rectoribus uniuersitatis, uniuersitas constituitur cõtumax ficte, non autem dicitur uere contumax quasi dolose occultans se. ff. de reg. iur. l. nõ põt dolo carere.

d Neglexerit. i. uere, ficte, seu præsumptiue. hæc enim constitutio non requirit, quòd quis sit uere contumax, quod patet ex modo citandi per edicta. de qua citatione non constat, quod ad notitiam citati perueniat, & hoc nisi iudici constet hoc ad citatum non peruenisse: uel ipsum fuisse legitime impeditum: quo minus ueniat, & tunc si ultra proceditur, ipso iure nullum esset, quia deest substantiale, nam non uere nec ficte neglexit: quod requirit hæc lex. & not. per gl. de re iud. l. quæsitum, & fuit opi. Pla. in l. contumacia. §. fi. eo. tit. Sed quid si in termino citationis compareat aliquis excusator dicens citatum fore absentem, & ita quod non potest in eius notitiam peruenire uel quia est legitime impeditus: & iudex ultra procedit, an ualeat? Dic quod si excusator obtulit se probaturum, & iudex contempsit, quod processus est nullus quasi per iudicem steterit quo minus fiat: aliàs secus, facit extra de appel. ca. interposita. saluum tamen est ius parti petendæ restitutionis ea causa iustæ absentiæ. C. quomodo & quando iudex. l. ab eo. & ff. de in integ. rest. l. fin. & quod ibi no. An autem sit necesse, quod in termino quis contra citatum se præsentet, ut neglexisse dicatur? Respon. non: cum proceditur per inquisitionem factam ex officio, uel per denuntiationem. cum iudex sedens semper sit præsto, sed cũ per accusationem proceditur: secus uidetur ad similitudinem causarum ciuilium, ut C. de iud. l. properandum. §. 1. sed in criminalibus hoc est diuersum: quia accusatore desistente uel defuncto potest iudex procedere, ut C. de aboli. l. 2. & ff. de pub. iud. l. pe. in prin. nam si constaret, quod iudex uellet ibi supplere defectum partis sufficeret. & ideo quidam in partibus Italiæ faciunt sibi concedi licẽtiam ab accusatore, ut eo absente possint expedire processum, & sic cõstat, quod partis supplet iudex defectum in casu tamen huius cõstitutionis constat, quòd hoc non requiritur: cum possit sine figura iudicij procedi.

Not. ex hac gl. quod quis negligens esse nõ debet, sed uigilans secũdum Spe. de positio §. 7. uer. 16. quia negligentia est nouerca. 83. distin. nihil. Cardin. i cle. 2. §. 1. de sepu.

Accusatore desistẽte uel defuncto potest iudex procedere.

e In termino. ex hoc quòd in singulari numero loquitur, patet quod unus tãtum terminus fuit assignatus. ex quo patet quod in his, in quibus potest procedi sine figura iudicij, terminus intelligitur peremptorius, ẽt si non exprimatur. facit extra de uer. sig c. sæpe. Item si iudex sua uoce admoneret eos, uel aliquem ad audiendum sententiam, intelligitur peremptorie. C. quomodo & quando iud. in l. 2. & ibi no. aliàs peremptorie dici debet, ut dixi. s. in glo. super uerbo. dicto crimine. Item admonitiones & protestationes quæ fiunt extra iudicium, intelliguntur peremptoriæ. cũ semel sufficiat fieri. l. Titia. §. imperator. ff. de leg. 1.

f Personaliter. hoc est uerum in crimine. ubi est pœna infligenda in corpus.

g Legitime. ut per procuratorem uel syndicum, & sic uidetur casus, quod in causis capitalibus in quibus potest ferri sententia in absentia: admittitur procurator. quod tenet Di. in §. ad crimen. per regulã positã in l. seruum quoque. §. publice. ff. de procura. & dicebat: quod ubi per statutum in causis capitalibus potest dãnari absens, potest interuenire procurator. quod non placet. nã etiam de iure antiquo reperitur in casibus, quod absens potest de capitali crimine damnari in casibus specialibus. C. de pœn. l. ne diu. & ff. ad leg. Corne. de sica. l. lege Cornelia. uer. & qui hoc crimen. secundum unum intellectum. Item in cã appellationis altero absente lite nõ contestata potest deueniri ad diffinitiuam. C. de temp. appel. l. fin. §. illud. & tamen tunc nõ admittitur procurator, ut ff. an per alium causa appel. l. 1. Item procurator rei debet satisdare iudica-

Iudicatum solui: nisi a dicta satisdatione a domino fuerit releuatus, ut inst. de satisda. §. si uerò dominus. sed dic, quod procurator non potest satisdare. nec dñs a satisdando releuare eum potest. Item quod Di. dicit de statuto, est aduertendū: quoniā statuta Italiæ cōmuniter permittūt damnari absentem propter contumaciā tantū. sed si admitteretur procurator, iam nō esset contumax. nō obstat. §. publicè. nā ubicunque posset damnari absens, de iure cōmuni iu-

comparere: cōtra ipsam uel ipsum perinde, [a] ac si præsentualiter omnibus interesset: uel lis foret legitimè cōtestata: [b] tam ad receptionē [c] testium & eorum publicationem [d] & sequētia, [e] quàm ad definitiuam [f] sententiam, & eius executionē [g] procedatur: [h] legibus [i] & consuetudi

dex debet ex officio perquirere ueritatem pro utraq; parte, ut C. quomodo & quando iud. auth. qui semel. & de ap. l. ampliorem. §. 1. & dicā statim in gl. super uerbo, receptionem. alias examinationem meritò quilibet excusans innocentiam auditur: nō ut procurator, sed ut quilibet. & hoc quòd dicit ibi tex. quamuis uerba, facientem &c. ex eo quòd dicit quamuis, apparet quòd non requiritur quòd sit procurator, & hoc dixi in §. ad crimen. in l. pen. ff. de publi. iudic. non obstat hæc litera: quia expone quòd intelligitur eo casu quo pœna a relegatione infra uenit imponenda, & intelligitur legitimè: scilicet per procuratorem eo casu, quo uenit imponenda pœna a relegatione ī. quod potest esse in his, quæ ipsum crimen quoquo modo tangunt, ut s. dixi in gl. super uerbo tangunt. Item ad ipsum crimen potest referri. & dic personaliter. i. quando aliqua persona citata est legitimè: uel quando procedit contra aliquam communitatem, uel corpus, uel collegium. & sic no. casum, quòd etiam uniuersitas in capitalibus respondet per syndicum, ut C. de re mil. l. tam collatores. lib. 12. & no. per Cyn. C. qui ac non poss. l. 2. & eodem modo est casus: si per uniuersitatē fieret accusatio, posset prosequi per syndicum, cū hic loquatur generaliter ex parte rei & actoris ut dixi s. in fin. gl. super uerbo dicto crimine. licet Din. & Cy. cōmuniter dicāt contra in d. l. 2. & 3. ff. de accu. §. fi.

Vniuersitas in capitalibus per syndicū respondet.

[a] Perinde. non tamen per omnia. & sic gratia contrarietatis tollendæ, non enim sic potest fieri executio in absentem sicut in præsentem. de qua executione hic dicitur, ut ī. dicetur. & idē in omnibus, quæ in absentem non cadūt, sicut in præsentē. de hoc multum no. glo. ad leg. Iul. pecul. l. sacrilegij. ubi autem cōtrarietas non resultaret, perinde esset quo ad omnia, scilicet quo ad tempus, quo ad modum, & quo ad cæteras qualitates, & idem in cæteris aduerbijs & nominibus significantibus similitudinem, ut ff. de ali. & ciba. lega. l. a filio. §. testator.

[b] Contestata. contumacia de quà dixit, ex una parte æquiparatur personali præsentiæ, & litis contestationi ex alia parte, nec enim sufficeret quem esse præsentē, nisi lis esset contestata, quando ordinariè proceditur: nec sufficeret litis contest. nisi quis esset præsens. l. absentem ff de pœn. & hoc in capitalibus in alijs secus, ut no. in d. l. absentem. & ibi dixi. Et no. diligenter, quòd ubicunque absens potest damnari, peruenitur ad diffinitiuam ante lit. contest. quia illa contumacia habet uim contestationis, ut C ubi in rem actio. l. 2. & sic puto actionem perpetuari etiam pro actore, si ipse esset contumax seruatis omnibus conditionibus, quæ ponuntur in authent. qui semel. C. quomodo & quando iudex. cum talis contumacia habeat uim contest. litis pro utraq; parte, quod patet: quia pro utraque parte iudex examinat causam.

[c] Receptionem. hoc facit pro otraq; parte. nam iudex debet perquirere ueritatē pro utraq; parte: ut in authē. qui semel. C. quomo. & quan. iudex. ibi, perquisita ueritate &c potest etiā absentem absoluere C. de iud. l. properādū. §. sin autem ex gestis maximè in causis capitalibus. ubi etiā si post sententiam apparet de nouo

ementia, debet iudex principi scribere. ff. de quæstio. l. 1. §. si quis ultro. Item ex hoc apparet, quod ex sola contumacia de iure cōmuni quis non habetur pro confesso ut dixi in l. lex Cornelia. § fi. ff. ad Syllanianum.

Confessio nem non induci de iure communi sola contumacia.

[d] Publicationem. Not. in casibus, in quibus potest procedi sine figura iudicij requiri publicationem. Item no. in criminibus publicationem fieri. Item not. procedi ad receptionem & publicationem testium lite non contestata, etiā contra eum, qui nō est uere contumax: quod est contra ea, quæ not. Din. ff. de damno infec. l. 4. §. quoties. & sic faciūt pro no. & his quæ ibi diximus

[e] Sequentia. ut probationes testiū, productiones instrumentorum, & allegationes, ut C de iud. auth. iubemus, & ad interrogationes testium pro declarandis dictis eorum, si quæ essent obscura. conclusionem in criminalibus non puto fiendam, imo quandocunque quis se uellet defendere debet audiri, ut l. unius §. cognitiorum: ff. de quæstio. & arg. l. 1. de quæstio. in fin. Intelligo tamē actori dandas duas dilationes, reo tres cum aliqua causæ cognitione. l. fin. ff. de fer. alias dilationes debit iudex cum maiori causæ cognitione. hāc tamen puto sufficere, quod uideat iudex dilationem postulari pro ueritate, non causa differendæ litis. & hoc modo debet intelligi. § cognitiorum. De effectu autē publicationis dixi plenè in repetitione quam feci de authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex.

[f] Definitiuā. Vides ergo casum, in quo absente reo potest negotium liquidari, & definitiuè pronunciari in criminalibus. simile. C. de pœn. l. ne diu. & ff ad legē Cor. de fic. l. lex Cornelia. uer. & hoc crimen. secundū unam lect. in capitalibus hoc erat de iure antiquo, ut ff. de pœ. l. absentem. in ciuilibus uerò quid iuris sit, actore absente uel reo, dic ut C. quomodo & quando iudex. authen qui semel. & C. de iud. l. properandum. § 1 cum sequen.

[g] Executionem. [t] hic est casus, quòd pars non est iterum citanda tempore executionis: quod est uerum, si per sententiam liqueat executionem sic esse faciendam, ut si condemnatio facta sit in rem, ut ipsa res capiatur & uendatur, uel si est facta condemnatio in personam: ut persona capiatur & puniatur. solū enim hoc est necesse fieri, quòd sit illa persona condemnata: & ideo exigitur ab eo quædam confessio super hoc, & proceditur ad executionem alias secus: sicut eram cū capiebatur aliquis aduocatus, ut ff. de cust. reo. l. diuus. uer. & si diuus Pius. & ibi dixi. Si autem condemnatio esset facta in pecunia, & pro ea caperentur & uenderentur res, & una res pro alia tunc debet pars citari, quia in hoc certe causæ cognitio requiritur, ut l. a diuo Pio. §. si in uenditione. ff de re iudi. & ibi dixi.

[t] No. hic quòd executio latæ sententiæ super attētatis debet fieri ante quam cognoscatur de principali. Ro. consil. cij. & consil. xcix. & si est lata sn per possessione, debet fieri executio antequā de petitorio cognoscatur, ut no. Idem Ro. cōsi. 113.

[h] Procedatur. Innuit, quòd iudex habeat necesse facere hoc. In contrarium uidetur l. non quicquid. ff. de iudi. & C. quomodo & quando iudex. l. 1. Sol. Instantia causæ criminalis est biennium, ut C. ut intra cert. tempus cri. quæstio termi. l. 1. unde non cogitur sententiare nisi prope finem biennii, ut C. de iudic. l. properandum. §. huiusmodi. & no. C. quomodo & quando iudex. l. 1. Et sic not. pro assessoribus quibus limitatur certum tempus ad finiendum processum: quòd non possunt ante expedire: nisi prope finem termini: & hoc ut non cogantur ante sententiare. ea autem lata, executionem cogantur facere secundum formam. l. si quis intra. C. de bo. dam. & etiam in personam si haberi potest. l. cum reis. & l. si uindicari. C. de pœnis.

[i] Legibus hæc est quarta pars, in qua ponitur clausula derogatoria.

1 Non obstantibus. Clausula hæc, non obstantibus, quid importet dicendum est: nam quandoque refertur ad iura municipalia ciuitatis: quo casu aut procedunt iura derogatoria: & est necessaria clausula, nõ obstantibus, ut C. de prec. impe. offer. l. quoties, & ibi not. & si cõtra ius uel utilitatem public. l. fi. & ibi not. & ff. de const. princ. l. 1. in fin. & ibi not. Sed an necesse sit, quòd dicatur nominatim non obstante tali lege, glos. in dictis legibus dubitans, sed glos. in authen. hoc inter liberos. C. de test. uidetur tenere, quòd sit necesse exprimi. Item nõ. ff. de legat. 3. l. si quis in princi. Alij quòd nullo modo requiratur, ut ff. de excusat. tutor. l. idem Vlpianus. §. 1. sed ibi tutela est onus temporale, & ideo de facili potest remitti: nec habet præcedentem legem derogatoriam, ut C. de prec. imper. offer. l. quoties. alias est necesse, quod dicatur non obstante tali lege. Sed puto quod sufficiat, si dicatur non obstante aliqua lege derogatoria, uel quæ hoc fieri prohibeat, & similia. Hoc enim est expresse mẽtionem facere de certa specie legum. non enim est necesse, quod nomine eius lex; hoc cum esset nominatim & singulariter mentionem facere, & hoc non requiritur, ut dicta l. si quis in prin. & ibi declaraui, & hoc cum Imperator rescribit ad priuatam utilitatem alicuius. sed si ipse rescriberet ad utilitatem publicam, uidetur contra omnem legem contrariam dispensare, ut ff. de re iudic. l. quidam consulebat. in fi. ratio: quia tunc nulla præcedit clausula derogatoria. nam. l. rescripta. & l. nec damnosa. C. de precl. imper. offer. habent in se clausulam derogatoriam solum ad rescripta ad utilitatem partium concessa, & ideo si Imperator aliquid statuit, ius commune corrigendo, non est necessaria clausula illa, non obstante aliqua lege: quia eo ipso quòd posteriores condit contrarias, priores uidetur tollere, ut l. non est nouum. & l. sed & posteriores. ff. de legib. & extra de const. c. 1. lib. 6. hic ergo ista clausula non fuit necessaria. nec est dubium, quin possit tollere ius commune etiã si præcedit aliqua clausula derogatoria. nec obst. C. de leg. l. humanum. & qđ ibi not. Quid ergo dices in statuto, si præcedit aliud statutum habens clausulam derogatoriã: an sit necesse, q̃ fiat specialis mẽtio de primo? Puto q̃ sic: arg. d. l. si quis in prin. & dixi in repe. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & pro hoc facit: quia quicquid iuris fit in priuato, aliqualis ratio est in populo: nam sicut priuatus præmittit illam clausulam timens ne instigatu, uel deceptione aliquorũ ad aliud inducatur, ita populus uel uniuersitas uidetur timere. cum æquiparetur priuato: quæ ratio cessat in principe ius condente. Sed si statutum præcedens non habet clausulam derogatoriam, eodem modo per sequẽs statutum contrarium primo primum uidetur sublatum eadẽ ratione, & hæc uera si præcedentia iura sunt omnino contraria, si autem per aliquam limitationẽ, uel distinctionem adiuuari possunt, non tollentur, ut d. l. sed & posteriores nam auth. offeratur. de lit. contest. quæ dicit specialiter iurãdandum, restringitur ad eum qui non possidet immobilia, ut l. sciendum. ff. qui satisd. cog. Sed quæro si in leg. noua est dictum non obstante aliqua lege, an per hoc tollatur, uel per priores limitetur & distinguatur? R. si. non, sed intelligitur non obstante lege aliqua, scilicet contraria quæ non possit cum hac sustineri, ut in auth. de hære. ab intest. circa prin. in glo. super uerbo, uacantibus. pro hoc facit C. cõmu. de succ. auth. itaque. in eo qđ ibi disputatur an sit correcta l. de emanc. & ex hoc patet, q̃ modus procedendi in hac constitutione inductus non habet locũ in casu l. C. si quis Imper. maledi. nam cũ ibi sit specialiter prouisum per hanc l. loquentẽ generaliter de crimine læsæ maiestatis, & eã tangentibus, non uidetur propter hoc ei derogatum. pro hoc facit in auth. hæc constitutio &c. col. 8. nam per illam intelligitur sublata l. fi. C. de sacrosan. ecc. quæ generaliter loquitur, nõ autem constitutio specialis quæ est in auth. ut eccle. Roma. colla. 2. & probatur. C. de sacrosanc. ecc. auth. quas actiones, licet gl. in illo uariet, sed si in lege noua diceretur, nõ obstante aliqua lege, quæ generaliter uel specialiter in contrarium loquatur: tũc d. leges non distinguerent, nec limitarent legem nouam: nec haberet locum. l. sed & posteriores. ff. de legi. & hæc uidentur uera & utilia. Sed cum in hac constitutione sit data iudici licentia procedẽdi sine figura iudicij: quibusdam autem in ijs, qui in sacris scrinijs militant, est concessum ut in modo procedendi prærogatiua gauderent, ut C. de proxi. sacr. scri. l. in sacris. an eis in casibus in hac constitutione comprehensis, hæc priuilegia conseruabuntur? Videtur quod non, ex eo quod sic dixit, cuiuscunque status uel dignitatis &c. Sed hoc non facit: quia hic de statu & de dignitate generaliter fit mentio: ibi cuidam dignitati uel ordini specialiter indulgentur aliqua priuilegia: & sic illa tanquam specialis magis debent limitare hanc posteriorem, ut s. dictum est. ecõtra uidetur. nam illa loquitur in omnibus causis criminalibus & ciuilibus generaliter, hæc specialiter in crimine læsæ maiestatis, & id tangentibus, & sic uidetur, quòd hæc ut specialis limitet & restringat illã; quid dicemus? Dubium est in hoc, quòd prima magis specialis est quo ad quid, scilicet quo ad personas, & est magis generalis quo ad quid, scilicet quo ad causas, hæc econtra est magis generalis quo ad personas, & magis specialis quo ad causas, an secunda limitetur per primam, an prima per secũdam? Hæc ambiguitas quodam modo perplexitas est: cum in neutra istarum dispositionum possit genus à specie separari ex uirtute proprietatis sermonis: & ideo ad mẽtem legum recurrendum est. Dic igitur quòd ius singulare semper est introductum propter aliquam utilitatem, ut ff. de legib. l. ius singulare. cum ergo tam l. 1. quàm 2. ius singulare & speciale contineat, hoc est propter aliquam utilitatem. Debemus ergo illud speciale conseruare in quo euidentior & maior utilitas reperitur. Ista enim est benignior interpretatio, ut ff. de leg. l. benignius. & quia causa magis priuilegiata præfertur, ut no. C. de pri. do. l. 2. & ff. de pri. cre. l. priuilegia. unde in proposito cum specialitas huius constitutionis sit propter utilitatem urgentissimam, ut s. in prin. huius legis. dico hanc legem restringere illam l. in sacris. q̃ in priuilegium personale & dignitatis est introducta. & etiam in fauorem minorum uidemus, quod lex inducta est, ut contra eos nulla currat præscriptio, ut l. fi. C. in quib. cau. in integ. resti. non est necess. & hæc prouisio est generalis quo ad causas, & specialis quo ad personas minorum. Et est alia constitutio quæ limitat tempus instantiæ, & hoc fauore publicæ utilitatis, ne lites fierent immortales, ut l. properandum. C. de iudi. & hæc generalis est quo ad personas omnes litigantium: & specialis quo ad causas, scilicet quo ad præscriptionem instantiæ, & per hãc l. properandum, licet sit antiquior in temporibus instãtiæ de iure antiquo. limitatur illa l. fi. licet sit posterior; ut no. in l. 1. C. si aduer. rem iu. sed si in leg. antiqua haberet causam specialiter maiorem & fauorabiliorẽ, tũc limitaretur. l. noua eadẽ ratione. Si uerò nõ esset ratio spẽalitatis, ut sit fauorabilior una quàm altera, tũc putarẽ l. nouã præualere. ista sæpe occurrũt ĩ ista ciuitate. Secũdo uerò casu principali, quãdo hæc clausula refert ad priuilegiũ, sciẽdũ est q̃ si qua l. simpliciter emanat, nõ uidet tolli per eã aliquod priuilegiũ alteri cõcessum, ut in s. consti. C. §. si quã uerò. & intelligo priuilegiũ qđ fauorẽ alicuius cõtinet: secus si Imperator ad aliquã singularem q̃ rescripsit specialiter, ita q̃ faceret ius cõmune, ut C. de legib. l. 2. tunc per aliã. l. cõtrariã, uidet tolli, ut in d. cõst. a. §. si q̃ uerò. ibi, si uerò

Istud ẽ de mente Felin. ĩ c. nõ nulli. extra, de rescri.

Idem tenent Bar. & Ias. in l. omnes popui. i. ff. de iusti. & iure.

Ista gl. ẽ singularis pro limitatiõe l. sed & posteriores. hic alleg. in gl. secũdum Ias. l. 1. siue ff. qui satis. cog.

Idẽ tenet Ias. in l. 1. §. 1. ff. de no. op. nuntia.

Idem tenet Phil. in c. nonnulli, de rescri. extra.

uero pro certis capitalis. Si uerò in l. dicitur, non obstantibus priuilegijs, intelligit in corpore iuris non inclusis. nam illud quod in corpore iuris clauditur, per hoc tolli nō uidetur, [1] prout C. ubi de cri. agi. opos. auth. qua in prouin. & ibi no. ff. de iu. l. hæres absens. in princip. & ibi no. & sic no. de priui. extra corpus iuris positis sufficere clausulam derogatoriam seu reuocatoriam generalē. facit extra de sepult. c. 2. in cle. Not. etiā priuilegia in corpore iuris inserta non reuocari: nisi spāliter diceretur ad illa trahi, uel nisi esse: aliqua lex specialis sequens, quæ habe et magis fauorabilem rationem specialitatis, ut dictum est. & eadem ratio est in priuilegio uni concesso per principem, si alia priuilegia suspenderentur. & eodem modo intelliga in inferiore a principe. qui per aliam dispositionem uult tollere priuilegia à se concessa alteri. Tertio casu quando hæc clausula refertur ad statutum uel consuetudinem: tunc si de hoc in l. noua uel priuilegio nil diceretur, non uidetur reuocata, quia legislator potest eam probabiliter ignorare, ut extra de consti. lib. 6 licet in contrarium faciat ff. de sep. uio. l. 3 § diuus. de quo dic ut ibi, & tangitur. C. de testa. l. 1. & hoc prout loquimur de legislatore uniuersali. Nam legislator particularis statuta & consuetudines suas ita debet scire, sicut legislator uniuersalis legem uniuersalem. Si uero in priuilegio de prædictis statutis uel de consuetudinibus fit mentio, ponēdo clausulā illam, non obstāte: tunc illa sunt sublata, quatenus alteri legi contradicunt, etiam si non fiat de his specialis mentio. auth. cassa C. de sacrosanctis eccle. & de fur auth. nauigia & C. communia de suc. authen. omnes peregrini. & sic in præsenti cōstitutione quia dicitur, legibus uel consuetudinibus non obstantibus quibuscunq; &c, expone legibus, quæ cum hac. l. sustineri non possunt, & eam dicit consuetudinibus quibuscūque, dic siue generaliter siue specialiter sint approbatæ. Nam per illas hac lex nullam limitationem recipit. de hac clausula, non obstante, multa dicit Ioan. And. extra de conces. præb. c. 1. lib 6 quæ uidere potes per iura canonica, quæ ipse allegat, si expedit: in difficultates tamen prædictas non intrat.

rem [a] generalem legem nostram extēdi iubemus ad præterita, [b] præsentia, & futura: quam legem exnunc [d] absque alterius temporis expectatione transcursus suum integrum uigorē decernimus obtinere.

TITVLVS II. QVI SINT REBELLES. [a]

[a] Hanc autem. hæc est quinta pars, in quo ponitur ad quos casus extendatur hæc constitutio.

[b] Ad præterita. hoc non erat necesse dicere: quia cū tota ista lex a litis ordinationem respiciat, sine dubio porrigitur ad lites futuras, licet super facto præterito. l. 2. § pe. C. de iura cal. & hunc passum plene examina ut in repe. l. omnes populi. ff. de iu. & iur. in illa q6. à quo tempore statuta ligent. dic ut ibi dixi.

[c] Quam. hæc est sexta pars. in qua ponitur a quo tēpore hæc constitutio sumat uigorem &c.

[d] Ex nunc. si hoc non fuisset dictum, post duos menses hæc constitutio sumeret effectum, ut in authent. ut factæ nouæ constitutiones. de quo plene in proœ. cle. cir. fin. & ego plene dixi etiam de statutis in d. l. omnes populi. in dicta q. a quo tempore &c. dic ut ibi dixi.

EXPLICIT CONSTITVTIO INclyti imperatoris Henrici glossata per Bar. de Saxoferrato, legum doctorem, & ciuem Perusinum.

[1] Sequuntur Barto. & Pau. in authē. qua in prouincia. hic in glo. alleg. Priuilegia in corpore iuris inserta non reuocari nisi specialiter fiat de his mētio.

TITVLVS II. QVI SINT REBELLES.

Hic titu. est magistraliter positus: quia supra dixit de modo procedendi, ut imponatur pœna per sententiam: hic qui sint rebelles, quibus imponitur pœna ipso iure.

Idem ad perpetuam rei memoriam.

QVoniam nuper est [e] ad auditū nostrū deductū, [f] q inter nonnullos [g] fideles [h] & subditos [i] nros [k] prouinciæ Lōbardiæ, aliorumq; locorum Ita-

[f] Quoniā. Primo pōit dubiū. Secundo rationes quæ mouent principē ad decisionē. Tertio decisionem. Quarto ponitur impugnatio constōnis. prés patent.

[g] Nonnullos. id est aliquos. nam negatio præposita facit æquipollere suo contradictorio: ut hic & ff. de cond. & de. l. nonnunquam. & de col. bo. l. non nunquam. postposita verò facit æquipollere suo contrario, l. legitimos. § an ergo. ff de le. tu. & l. obligari. ff. de aut. tu. in prin. & de captiuis. l. in bello. §. 1. nisi in contrarium pateat de mente loquentis, vt l. si seruum. §. plurimū. ff. si quis cau. sed præposita & postposita æquipollet subalternæ, vt l. vnica C. de cadu. tollen. in princ.

Idem tenet Bar. in l. si pluribus. ff. de leg. 2.

[h] Fideles. quæ fidelitas principi debeatur, ut i. proxi. circa princ.

[i] Subditos. quia sunt sub Republica Romanorum, vt in authen. de hær. & Fal. in prin. coll. 1. ista prouidet, vt iud. sine quoquo suf. in prin. qui autem sint subditi, dixi supra. l. proxim. in glos. super verbo, totius.

[k] Lombardiæ. Hic videtur casus eius opinionis quā refert Cy. C. de præscript. 30. ann. l. fin. scilicet q prouinciæ appellatio intelligitur secundum communem & vulgarem modum loquendi, scilicet Tuscia, Lombardia &c. licet secundū Canon. Lōbardia non sit vna prouincia. nam Cremona non est de vna prouincia: quia est de archiepiscopatu Mediolan. & Rhegium est de alia, scilicet de archiepiscopatu Rauen. vt nor. Bern. extra de elect. capit. coram. Idem no. extra de offic. vica. cap. sententiam. Sed pro huius declaratione sciendum est, quod diuisio nibis terrarum de iure gen. est, vt ff de iust. & iur. l. ex hoc iure. [l] & hæc diuisio fit vel eorum, qui inhabitant simul, idest ædificijs in vnam collatis. & sic communiter habemus tria nomina scilicet ciuitas castrum & villa, vt d. l. ex hoc. & ibi not. in gl. parua super verbo, collatis. Quædam est diuisio eorū, qui non habitāt simul sed ædificijs separatis. & hæc appellatur prouincia vel regnū. vel sunt alia nomina vniuersalia significantia separationem linguarum, vt Italia, Alemania, Francia, Græcia, & similia, vt d. l. ex hoc. & C de offic. rec. prouinc. & ff de off. præsi. per totū. de quorum quolibet videamus. Villa in Francia idē est quod ciuitas, nos autem dicimus villas ædificia sine muris vel fossatis: quæ villa seu vici nullā habent iurisdictionē de iure cōmuni, sed subsunt alicui ciuitati, vt C de epis. & cle. l nōnulli. § fin. & de natu. lib. l. 2. & ff. ad munici. l. 1 § qui ex uico. pro quo facit extra de senten. excommunica § si ciuitas. lib 6. & quod ibi no. per Inno. & Ioan. And. Castrum dicitur quasi casa alta seu fortis & munita muris seu vallo. vt l. quicunque castellorū, aliàs sedorum. de fun. li. libro vndecimo, & ff ad leg. Iul maiest. l. 2. & in dicto cap. si ciuitas. & ista similiter non consueuerunt habere iurisdictionem de iure cōmuni, sed sunt sicut vici, vt dictis iuribus est expressum, & C. de testamen. lege fina. habes tamē quosdam magistratus, qui ibi ponuntur à ciuitatibus, quibus subsunt, vt C. de magistra. municipali. & ibi not. per Azo.

Iste gl. sequūtur ibi Barto. Bald. Pau. & Iason.

Prouinciæ appellatione qd ueniat.

in finitimis. Ciuitas uero secundum usum nostrum appellatur illa, quæ habet episcopum. ante tamen quam essent episcopi, erant ciuitates. & ciuitati competit potestas eligendi sibi de iure communi defensores qui habeant iurisdictionem: non autem merum imperiũ uel mixtum, ut in auth. de defen. ciui. §. insinuandum. Fallit in urbe Romana: ut l. 1. §. cũ urbe. ff. de off. præfe. urb. & in alijs quæ habent ex priuilegio uel ex consuetudine, ut d. §. insinuandum. & quia secundum canones episcopi debent ordinari in dictis locis, ubi sunt dicti officiales ut 80. dist. ca. 1. 2. & 3. ideo insurrexit consuetudo, quòd locus habens episcopum, fit ciuitas: tamen uere sine episcopo dicitur ciuitas, eo quod habet officiales prædictos & iurisdictionem. & sic patet, qđ licet ex causa ciuitas priuetur episcopo, non tamẽ per hoc desinit esse ciuitas. Sed quid dices tu de castris, quæ sunt per Italiam, & habent dictas iurisdictiones? an dicemus quod sint ciuitate? Respond. si constat, quod antiquitus fuerit ciuitas, licet postea episcopatum perdiderit, ciuitas est proprie, ut patet ex prædictis. Si hoc non constet, tunc aut talis iurisdictio fuit illi loco concesse ut ciuitati, aut simpliciter dicendo, tali terræ, uel tali communitati. Primo casu erit ciuitas: nam ciuitatem facit princeps eo ipso, quod sibi scribit ut ciuitati, ut not. per Inno. extra de offi. ordi. c. cum ab ecclesiarum. nam dicendo quòd sit ciuitas, uidetur sibi concedere omnia priuilegia ciuitatis. Ar. ff. de re iu. l. quidam consulebat. Secundo casu non erit ciuitas, sed castrum habens priuilegium ciuitatis, ut dicitur. ff. de off. eius cui manda. est iurisd. l. 1. §. j. Tertio casu erit ciuitas: quia large interpretatio est facienda in concessione huius beneficij, ut l. fi. de consti. princ. Prouincia uero secundum cano. distinguitur per archiepiscopatus, ut dictum est. quod qualiter de iure communi seu ciuili intelligatur & procedat: dic quòd quædam sunt ciuitates minores, ut communiter omnes, quæ habent iurisdictionem prædictam absque mero uel mixto imperio. Aliquæ sunt ciuitates, quæ habent mixtum imperium. Aliquæ sunt maximæ, quæ habent merum & mixtum, ut ciuitas metropolitana. nec dico propter episcopatum: quia forũ eãrum est magnum, cui suberant multæ aliæ ciuitates, ut ff. de excu. tut. l. si duas. §. si autem. & §. seq. Ista autem ciuitas metropolitana dicitur caput Prouinciæ. C. de metropo. l. 1. lib. 11. unde metro olim totum quod suberat metropolitano, dicebatur prouincia: sicut etiã hoc faciunt canonistæ, ut dictum est in prin. glo. & eodem modo unus præsidatus dicitur prouincia: nam ei subsunt plures ciuitates, ut in omnibus legibus, quæ mentionem faciunt de præside prouinciæ. uerum quia aliter factæ fuerunt diuisiones in temporalibus, & aliter in spiritualibus, reperitur quòd in eadem prouincia sunt terræ diuersorum episcoporum seu episcopatuum, ut dicto. c. coram. & ibi no. Cum ergo a principe uel a iure fit appellatio prouinciarum, qualiter intelligatur uel accipiatur? Dic, quia quandoque fit appellatio prouinciæ eo respectu, quòd sit sub una iurisdictione, & tunc contingit quod quælibet ciuitas habeat separatam iurisdictionem: nec est unus præses, qui subsit: & sic quælibet ciuitas habetur pro prouincia, ut C. de præscrip. long. temp. l. fi. & ibi not. Quandoque appellatio prouinciæ fit eo respectu, quod maior est instantia quando extra prouinciam, quàm quando in prouincia: & tunc seruo quod not. in d. c. coram. extra de electi. ubi existens in dicta prouincia si est o m'tũ e remotis, habet periđe ac si eẽt extra & eodẽ mõ existens extra si est multũ de propinquo, habetur perinde ac si esset intra. sic intelligitur. C. de dila. l. 1. & sic sentit. Io. An. extra de testi. c. ultimo ter-tiam. Quandoque appellatio prouinciæ fit alio respectu quia legatus mittitur in talem prouinciam, ut aliquid concederet hominibus talis prouinciæ: & tũc talis appellatio debet intelligi secundum uulgarem & communem appellationem prouinciæ ut in Lombardia, Tuscia, Marchia, & similibus, casus est hic, & ita tenet Odoff. in l. fi. & Cy. ibidem, & Host. & Ioan. An. in d. c. ultra tertiam. De diuisione & unione ciuitatis & prouinciæ dixi in d. l. j. C. de metropol. lib. 11. Item an homines alicuius prouinciæ dicantur ea origine, sicut cõtingit in ciuitate, tãgitur. ff. de uer. sig. l. si prouinciales. & ibi dixi: & plenius in libello repressaliarum. Regnorum uero diuisio: item aliarum partium, per quas fit distinctio linguarum, per se patet &c.

> Civitas sine episcopo esse potest.

> Ciuitates in multiplici sunt differentia.

> Prouinciæ appellatione qd contineatur.

liẹ[a] disceptationes[b] & dubia[c] sæpius oriuntur, an infidelis & rebellis,[d] imperij quisquã reputari debeat: nisi prius p nostrę maiestatis sen-

a Italiæ. Est nomen significans totam linguam Latinam, quæ distinguitur in multas prouincias, ut hic patet: licet Italia quandoque dicatur prouincia, ut C. sine censu uel reli. l. fi. & de sacrosan. eccl. authen. cessa.

> Italiæ appellatione omnis lingua latinas nti netur.

b Disceptationes. inter plures adinuicem.

c Dubia. aliquando inter seipsos uel adinuicem, ut cesset inculcatio uerborum.

d Rebellis. id est infidelis ex infidelitate generali quę inducit rebellionem. nam sciendum est, quod hęc dictio infidelis, generalis est ut comprehendat etiã eũ, qui modicæ rei principi furtũ fecerit: de qua infidelitate nõ loquitur hic. sicut enim principi debetur omnis fidelitas, ut s. l. proxim. in prin. ita omnis deuiatio a fidelitate est infidelitas. facit. in coll. de stat. contra. lib. eccle. in prin. Quædam est infidelitas uero animo quæ cadit in modum proditionis: & istud est nomen generale comprehendens omnes, qui stãt sicut subditi & inter subditos corpore, mente tamen cum hostibus & inimicis, nuntiando eis secreta & similia, ut ff. de re mili. l. omne delictum. §. exploratores. & l. proditores. comprehẽdit etiam eos, qui cum essent subditi, expressè rebellant principi trãsfugiendo ad hostes & cõuertẽdo se in hostes: ut dicta l. proditores. & ibi not. & de cap. d. l. amissione. §. qui deficiũt. & hoc mõ sumpto uocabulo uocant rebelles: quo uocabulo antiq legũ conditores non utebant & ideò facta est hęc constitutio ad hoc declarandum. Item nota,[a] quod proditoriè dicitur aliquid fieri, quando fingo me amicum tuum, & tracto te tanquam inimicum. & sic unum ostendo corpore, aliud sum animo, ut ff. de ijs, qui notant. infa. l. athletas. §. penultimo. & de præuarica. l. j. tunc tamen incidit[b] in crimen proditionis, quando fit contra principem uel contra rempublicam ut d. §. exploratores. & lege, proditores. & ff. de pœn. l. si quis aliquid § primo. Sed quando committitur contra priuatum, non dicitur proditor principaliter & per se: sed crimen aliud factum proditoriè: ut homicidium factum proditoriè, uel quid simile, ut d. lege, athletas §. 1. de ijs, qui not. infa. & lege prima de præuaricatori. Item nota quòd aliud est esse rebellem imperij: aliud est esse in banno imperij. primum scilicet rebellio est mortale, ut hac. l. nec potest remitti, nisi ex mera gratia. Secundum scilicet bannum est medicinale: quia remittitur purgata contumacia, seu facta satisfactione. C. de epi. & cle. auth. item nulla. & authen. item quæcunque, & sic uidetur, quod quatenus excommunicatio remouet quem ab officijs ecclesiæ, eatenus bannum a beneficijs imperij, ut dictis iuribus & tangitur per Guil. in dicta auth. item quæcunque. fac. extra de sen. excom. c. cum medicinalis. lib. 6. facit ff. de requi. re. l. 1. ubi glo. istam annotationem appellat bannum, & est medicinale: quia eũ ueniẽs intra annum, recuperat statum. secundum uerò statuta & consuetudines locorum quenquam esse bannitum habet diuersos effectus: de quo aliquid j. dicam. in glo. magna.

> Rebellis proroc et in se is ... & uia lictã, & dicit Bal. in l. 6. col. uer. 5. opponi. C. de sac. sanct.

> [a] Idẽ Bal. l. c. 1. qui. mo. feud. amitt. & Bar. in l. j. ff. ad le. Iu. maiest.

> [b] Idem Bar. in l. j. ff. de præuari.

Condemna-

tentiam condemnatus [a] appareat: & nos [b] attēdētes, quòd acta praua malorum potius, [c] quā verba sententiarum ipsos faciunt pœna condignos: & eo ipso, quòd quis peccat, correctionem meretur: [d] & quātò plus differtur punitio, tantò amplius culpa crescit, [e] & gentibus perniciosius in exemplum transit: [f] Tenore [g] presentium declaramus, [h] decernim⁹, [i] & pronunciamus, [k] ꝙ illi omnes [l] & singuli sunt rebelles & infideles nostri imperij, [m] qui quomodocunq; publicè vel

[a] Condemnatus. hic nullum fuit dubium: nam per sententiam transit in notorium iuris: quod pro veritate habetur, ut l. res iudicata. ff. de re iudi. Idem si imperator aliquibus indiceret bellum, vt l. hostes. ff. de capti. & de capi. dimi. l. amissione. § qui deficiunt.

[b] Et nos. hæc est secunda pars huius secundæ constitutionis.

[c] Potius. electiue accipit: quis solum propter actum efficitur quis pœna dignus: per sententiā nullo modo, sed factus declaratur, ut l. j. C. ad Turp facit pro Mart. in eo qđ not. ff. de insa. leg. furti. & ff. eo. l. athletes. §. fina. nam ex eo quod condemnatus est, habetur pro veritate, quia ita sit: nec potest dici decætero sic non esse, ut ibi nota.

[d] Meretur. non dicit obligatur. nam istæ pœnæ, quæ vindictam publicam imponunt, non iure obligationis, sed officio iudicis imponuntur: vt instit. de iniur. §. pen. Item non per actionem, sed per accusationem imponuntur: vt Insti. de pub. iudi. in princ.

[e] Crescit. sic extra de consuetudine. c. cum tāto. Sed cōtra ff. de pœ. l. si diutino. Solu. intrinsecus culpa crescit, & maiorem pœnam quo ad Deum meretur, ut d. c. cum tanto. sed in foro ciuili, si quidem actus extrinsecus delicti habet causam continuam, vt esse in rebellione, semper crescit culpa, vt h. c: sic in fugitiuo & desertore, vt no. in l. contrarie. licet autem culpa crescat in casu huius l. non potest crescere pœne temporalis quia pro primo actu debetur ita magna, quòd nulla maior esse potest, ut infra dicetur. facit quod not. ff. de fur. l. vulgaris. in princ. & ibi dixi. si vero actus extrinsecus criminis reiterationem non recipit, vt homicidium: tunc ex diuturnitate temporis pœna minoratur: vt d. l. si diutino. [1]

[1] Sequuntur Bar. & Bal.

[f] Transit. sic maleficia fieri, malum est propter exēplum aliorum: vt hic, & ff. de sica. l. 3. §. sed & senatusconsultum. & de pœn. l. si quis aliquid. §. qui abortionis aut &c. cum suis concor. Item pœnas inferri bonū est propter exemplum: vt vnius pœna sit exemplum seu metus multorum: vt ff. de pœn. l. aut facta. §. fin & ad leg. Iul. repe. l. s. & de prec. impe. offe. l. t. & licet istæ rationes concludant in omni delicto: tamen ista lex non est extendenda nisi ad istud crimen rebellionis. Non enim corriguntur leges antiquæ, quæ requirunt sententiam ex identitate rationis, nisi quatenus in illa noua exprimitur: ut C. de appella. l. præcipimus. in fin. facit quod not. C. de sacrosan. eccle. auth. quas actiones, & quod not. ff. de dona. cau. mor. lege. tam is. §. 1.

[g] Tenore. tertia pars, in qua ponit statutum. ad cuius intelligentiam sciēdum est, quod rebellare idem est quod resistere secundum Hug. C de desertori. l. 2. lib. 12. & hoc resistere potest fieri faciendo aliquid contra, vel non faciendo, & non obediendo, vel vtranque vocabuli significationem continet: vt extra de offic. dele. c. sane. licet hoc nomine rebellis iura antiqua nō vtantur. Sed si aliquis rebellat mutando locum, hoc est recedendo de terris subiectis, & eundo ad hostes talis vocatur transfuga, vt ff. de pœ. l. si quis aliquid. §. transfugæ. & de cap. & postlim. re. le. postliminiū §. transfugæ, & §. filius, & de re mili. le. proditores. cum simi. Quandoque rebellant retinendo locum in quo stabant sub principis obedientia: & isti de iure ciuili antiquo non habebant speciale nomen, sed vocabantur illi qui deficiunt: ut leg. amissione. §. qui deficiūt. de capi. di. & isti siquidem rebellabant faciendo bellum principi. tanquam hostes ipso iure puniebantur, & perdebant ea, quæ iuris ciuilis sunt: vt ibi. Sed quia hoc rebellare potest publice fieri & occulte, & ibi nō declaratur: ideo hæc lex declarat, & hoc in primo capite huius legis dum dicit de ijs, qui infidelitatis & rebellionis opera faciūt: & sic faciendo delinquunt. Sed si aliquis solum rebellasset non obediendo principi, vel non receptando gentē suā non puniebatur ipso iure: nec perdebat ea, quæ iuris ciuilis erant, nisi princeps uel senatus indiceret: ut d. l. amissione, & in hoc suppletur [2] per hanc leg. nam quocunque modo machinatur aliquis contra principis honorem rebellando, est rebellis. & hoc in secundo capite huius legis ibi, in nostram uel Imperij &c. Itē posset dubitari, si aliquis fatetur se subditum imperio, sed rebellat odio personæ imperatoris, an dicatur rebellis imperij, & hoc declaratur in l. amissione. & declaratur hic quod sic, & hoc est commune ad primum & secundum caput. declaratur etiam hoc in secundo capite huius legis de his, qui rebellāt contra officiales. potest etiam dici, quòd totum sit vnum capitulum continens omnia prædicta, & idem est sensus. & sic hæc l. directo, tendit ad declarandum. l. amissionem, § qui deficiunt. de cap. di. & hoc nomen rebellare, in hoc significato in diuina scriptura sumitur in multis locis. iij. Reg. xvj cap. iiij. Reg. xvij. ca. xviij. & xix. & sic per hanc legem nouam habemus quinque nominis impositiones: quia tales uocantur rebelles secundum declarationem eius quod dixit publice uel occulte. tertiam quandam prouisionem nouam. s. ut dicantur rebelles, & si opera hostilia non faciant, sed solum si non obediant. quartam declarationē facit contra personam principis tantum. quintam declarationem facit contra officiales eius. Sed quæro, in quo differt hoc nomen rebellionis ab eo, quod antiqui dicebant perduelles, quos nos uocamus hostes: vt leg. quos nos. de verbor. significa? Respon. illud nomen quo ad quid generalius est: nam competit etiam his, qui non consueuerunt esse sub obedientia, qui indixerunt nobis bellum, uel nos eis: ut ff de capti. lege, hostes. sed hoc nomen rebellionis propriè conuenit his, qui defecerunt, cum essent subditi: ut leg. amissione. §. qui deficiunt. & not. in gloss. parua super verbo, hostes.

[2] Idē Bar. & Ang. in l. hostes. ff. de ver. sign.

[h] Declaramus. refert se ad tria, de quibus poterat dubitari. s. an occulte, an contra personam tantum, an cōtra officiales tantum.

[i] Decernimus. ad id quod de nouo induxit, refertur, scilicet de non obedientibus: sed opera hostilia non faciunt.

[k] Pronunciamus. ad id quod de nouo induxit, refertur, scilicet de ijs, qui opera hostilia faciunt.

[l] Omnes. collectiuum est: ut ff de arbi. l. non distinguemus §. cum in plures. & nota. de lega. 2. l. si pluribus. sed in singulari est nomen distributiuum, ut not. in l. nj. ff. de stat ho. hic ergo quia collectiue ponitur comprehendit ciuitates, collegia, & uniuersitates, & in hoc incidenter facit lex proxima. comprehendit etiam singulares res & personas per hoc quod dicit, & singuli.

[m] Nostri imperii. non potest ergo dicere quis, quòd est rebellis imperij & non imperatoris, uel econtra. & hoc patet, quia hæc rebellio morte principis nō finit.

Occulte

occulte [a] contra nostrū honorem [b] & fidelitatem rebellionis opera faciunt, [c] & [d] contra nostri [e] imperij [f] prosperitatem aliquid machinantur, [g] cōtra nos seu officiales nostros, in ijs, quæ ad cōmissum eis officiū pertinent, rebellando. [h]

[s] Occultum dicit, quod non pōt videri. facit ad hoc cap. ut nostrū. ut eccl. bene. in Spe. de noto. crimi. § 6. Itē occultū dicitur secretum. 32. distin. erubescāt. de simo. sua noa.

[1] Istud est signū proditionis. Bal. in c. j. quib. mo. feud. ami. in vsi. feu.

[a] Occulte. [1] vt si aliqua ciuitas Tusciæ principe incipiente intrare Lombardiam mittit stipendiarios ad aliquam terram vel dominū rebellem. & fingit eos nō esse suos stipendiarios cassando eos ficte, vel mittit gentem alicui, vt ipse possit contra principem habilius mittere gentem suam: vel faciūt ligam, vel societatē inuicem ad eorum defensionam vt ecce n fuerunt facere isti Perusini, Florentini & etiam tyranni Lombardiæ, & hoc capiunt, & aliud in veritate agunt. [2] Sed sciendum est, quod tales colligationes ciuitatum inuicem seu cum dominus prohibitæ, inat ipso iure nullæ, vt x. col. de pace fir. §. conuenticula. quod intelligo principe existente in partibus, vel eo existente ad eorum defensionem: sed principe absente non puto prohibitas tales societates seu colligationes ad defendendum se ab oppressionibus tyrannorum vel malarum societatum, quæ sæpe insurgunt in Italia ad deprædandum alios. sunt enim ad iustitiam seruandam: ergo debet valere, ut not. ff. quod cuiusque vni. lege prima in principio.

[b] Nostrum honorem. scilicet personæ, vel imperij: vt infra patet.

[c] Faciunt. loquitur ergo de ea rebellione, quæ in faciendo consistit: vt in conferendo se in numerum hostium insequendo principem & gentem eius.

[d] Et. incipit secundum capitulum.

[e] Nostri. i. propriæ personæ imperatoris.

[f] Imperij. & sic dignitas &c.

[g] Machinantur. i. aliquid dolose ordinant: cum machinatio proprie consistat in arte verborum, ut ff. de dol. l. 1. §. 2. & ibi not. vt faciendo inter se ligā & societates prohibitas sub aliquo colore licito: vt ff. de extraordi. cri. l. 2. Vel pone quod adueniente imperatore vel eius nuntio volente ingredi ciuitatem pro recuperandis iuribus imperij tam ibi quam alibi, aliqui respondent, quod intromittere eum uel gentem eius est periculosum statui eorum, & sic tenēt eum in verbis, & sic labitur tempus quo multa posset facere pro imperij prosperitate. Istæ sunt machinationes quædam, licet ad actus bellicos non deueniant. ista machinatio secuta inobedientia, facit eos rebelles.

[h] De hac materia ni de p Bald. in l. nihil, C. de manumiss. uin dicta. et ea si. l uerbo. & no. ex hac l.

[h] Rebellando. [3] resistendo vel non obediēdo: licet ipsi guerram non inferant: vt dictum est. Et aduertendum est, quòd in illo qui rebellat contra principem, hæc constitutio loquitur simpliciter, quasi contra eū non possit esse aliquæ iusta causa resistēdi: quod intellige de subditis imperij, nō de ijs qui sunt de terris ecclesiæ. In eo vero, quod loquitur in eo qui rebellat contra officiales suos, loquitur limitatiue. i. in his quæ ad commissum eis officium pertinent, & hoc quia si ultra facerēt, posset eis legitime resisti: vt C de iure fisc. l. prohibitum. lib. 10. & de meta. l. deuotum. lib. 12. & intellige, quando rebellat pro his, quæ pertinent pro statu imperij: secus si aliqua singularia persona conueniretur coram principe vel eius iudice aliqua causa ciuili vel criminali ad petitionem alterius, vel esset contumax, aut alio modo resisteret: tunc enim licet largo modo dicatur rebellis: ut d. c. sane. de offic. dele tamen propter hoc nō dicitur rebellis imperij, nec incidit in hanc constitutionem: quia non rebellat contra prosperitatem imperatoris vel imperij principaliter: quod in hac constitutione requiritur: ut patet in tex. sed in damnum aduersarij cum quo litigat. quod patet: quia contra talem contumacem non proceditur, nisi parte petente: ut ff. de iudi. l. ad peremptorium. C. de iud. l. properādū. C. quō & quādo iudex. auth. qui sen. el. Sed an hæc cōstitutio habet locū cōtra eū qui rebellat cōtra aliquem regem vel principem: vel contra aliquā propriam ciuitatem? quod videtur: quia hic dicitur contra officiales nostros. Sed omnes prædicti possunt dici officiales imperatoris: quia vel ab eo habent iurisdictionem ex constitutione, vel concessione, uel longa consuetudine, quæ uim constitutionis habet: ut ff. de aqua plu. arcen. l. 1. §. fin. & ff. de aqua quot. & æsti. l. hoc iur. § ductus aquæ. contrarium dico: nā tunc non sit contra prosperitatē principis vel imperij principaliter: licet ex istis defensionibus & rebellionibus respub. lædatur. casus est. ff. de cap. l. si quis ingenuum. §. in ciuilibus. Et quod hic dicitur de officialibus imperatoris, intelligitur de his qui principaliter ac directo pro eo sunt legati & vicarij imperatoris: ut C. de eo qui uicem alterius gerit. l. 2. & ff. de lega. 3. l. 1. §. deportatos. & §. sequen. reges uero & ciuitates esto quòd habeant iurisdictionem à principe: tamen eam exercent principaliter propter se, non propter principem, & sic cessat hæc constitutio, quæ specialiter loquitur in his qui machinantur contra personam principis, vel eius officiales, vel imperij utilitatem: sed habet locum ius antiquum scilicet l. amissione. § qui deficiunt. ff de capi di. quæ generaliter loquitur de ijs, qui deficiunt a iurisdictione eorum, sub quorum imperio sunt: & dicam in tractatu de bannitis nostri temporis. [4] Sed quid si aliquis rebellat contra rectores per Romanam ecclesiā positos in partibus Italiæ? puto huic constitutioni locum fore. Cum enim imperium sit ecclesiæ vt s. dixi in l. proxi. circa prin. apparet, quòd rebellat contra prosperitatem imperij: pro quo facit, quòd Canonistæ in talibus imitantur leges: ut extra de ope. no. nunc. c. 2. Quid si aliquis homo de terris ecclesiæ aliquid faciat cōtra principē de his quæ ad rebellionē pertinent, an rebellis est & in crimen læsæ maiestatis incidat? Hēri. Imp. huius l. author determinauit quod sic, cōdēnando de hoc Robertū regē: ut extra de re iudi. ca. pastoralis. in cle. sed Papa ibi in §. rursus, determinauit contrariū, dicens eū qui erat de terris ecclesiæ rōne originis & domicilij: nō posse dictū crimē cōmittere in imperatorē & per hoc cassauit imperatoriā sniam cōtra regē Robertū latā. mihi vtriusq; snia vr esse vera. nā dicta verba, cōmisit crimē læsæ maiestatis in eū, pñt intelligi sic: in eū. i. in ipsius principis maiestatē, & tūc est vera snia Papæ. nā cū nō sit subditus maiestati imperiali, nō debebat sibi illas fidelitates quæ dñr s. l. prox. circa prin. nec eū tenet reuereri. sed quo ad eū liber ē, & nō dr directo in eius maiestatē cōmittere: ut ibi facit. ff. d cap. l. nō dubito. Secundo pñt intelligi dicta uerba, quod committit crimē læsæ maiestatis. s. Papæ l. s. cui subditus est, & hoc crimen cōmittit in eū. i. principē: ut sic non directo, sed per quandā consequentiā lædit maiestatē papæ: & tunc vera est snia imperatoris. Nā imperator est fidelis & fidatus a papa, & ab eo coronatus. si ergo offendis cōfidatū a principe, incidis in crimē læsæ maiestatis principis, ut ff. ad le. Iul. maie. l. 1 in prin. [5] Sed quia hoc imperator in sua snia non expressit, & sic non fuit capiesst maiestas, quæ læsa fuerat: fuit intelligendum de maie. imperatoris vnde fuit cassa snia sua, ut de papa multū ponderat illa verba læsæ maiestatis in ipsum. q. d. suā non dicitur lædere, sed alterius maiestatē non negat. & hoc de crimine læsæ maiestatis. An autē sit rebellis? Videtur quod non: quia non est subditus, ut dixi. in contrarium vr in d. clemen. pastoral. in prin. ubi imperator appellat regem Robertum hostē, & rebellem: qui subditus est rōne comitatus prouinciæ quē tenebat ab imperio, & nuper Aloisius rex dicti regis Roberti successor per suos legatos & nuntios dño imperatori nostro pro dicto comitatu fidelitatem iurauit in ciuitate Pisarum me pñte. Sed an cōtra hūc l. m de terris

Consuetudo longa uim constitutionis habet.

[4] Idem Sa l. l. in l. j. C. ad leg. Iu. maiesta.

Imperator ē fidelis & fidatus pa.

[5] Istā gl. sequuntur ibi Bald, Cy & Sal.

terris ecclesiæ sic delinquentem possit Imperator uel habens authoritatem ab eo procedere? q͂d vr: quia homines ecclesiæ sunt imperij fœderati, ergo apud eos possunt fieri rei, & in eos animaduerti. l. non dubium. in fin. ff. de ca. maximè cum coram eo forum sortiantur ratione delicti commissi in immittendo gentes cõtra principem ad terras imperij, & sic imperator fecit contra dictum regem Robertum, sed papa determinauit contrarium: nisi sit inuentus, uel ad eu ea more remissus: ut dicta cle. pastoralis. §. nos quoq;. ibi, sed si puni tio. Sed certè verum est, q̄ de isto crimine q͂d est capitale, non posset de iure eo puniri, nisi præsens esset, & illud considerauit illa decreta. nec obsta:. T. l. pat. quia ista fuit facta post coronationẽ Imperatoris prædicti: unde ecclesia non admittit illam legem in præiudicium subditorũ suorum, & sic vr iniustè fœdus cum eo, q̄ contra homines ecclesiæ leges grauiores nõ imponat: vnde ratio illius capituli non habet locum in hominibus imperij uel alterius regni, sed solum in hominibus ecclesiæ. Quod no. pro ciuitatib quæ inuicem confœderantur æquali uel inæquali fœdere, ut d. l. nõ dubito. de capt. nam si actum est q̄ inuicẽ se tractent ut ciues in ciuilibus & criminalibus, intelligitur ne unus contra alios grauiores leges non faciat: & quia tunc errant, quia in societatis inspicitur cõditio sociorũ tempore contractæ societatis, ut insti. de so. §. fin. & ff. pro soc. l. socius socio. & fami. ercis. l. hæres. §. non solum. & ibi no. De pœna verò rebelliũ, dic quòd quædam infligitur ipso iure: quia perdunt omnia quæ iuris

Rebelliũ pœna.

ciuilis sunt: ut d. l. amissione de cap. dimi. Alia pœna potest infligi eis a quolibet homine, nam possunt impunè occidi, vt ff. ad le. Corn. de sica. l. 3. §. fina. & de re milit. l. proditores. & possunt captiui detineri ut serui: ut ff. de acquir. rer. domi. l. transfuga. Tertia pœna imponitur: quia potest talem damnare, ut capite puniatur, ut ff. de pœnis. l. si quis aliquid. §. transfugæ. q͂d intelligitur: ut ibi no. circa prin. quia cum talem pœnam ipso iure incurrat, peti possit pronunciari talem esse rebellem. puto q̄ sic. ar. ff de iud. l. qui se dicit, & est expressum in d. c. pastoralis vbi Imperator pronunciauit regem Robertum esse rebellẽ, & eo. modo qui se putaret esse de tali crimine infamatum, posset petere se pronunciari non esse talẽ. ar. C. de ingẽ. ma. l. diffamari. facit q͂d dicimus, q̄ principaliter potest peti ut de ætate pronuntietur ut ff de min. l. de ætate. secundum unam lecturam. & de fer. l. 2. & ibi not. ut ætates probentur C. de proba. l. cum te. Item hoc posset fieri ciuiliter agendo: nã sicut ciuitas posset uendicare suũ ciuem, eadem ratione ciuis potest dicere se ciuem ciuitatis illius. & sic per consequens nõ rebellem ut ff. ad mun. l. de iure. & no. de rei uen. l. 1 §. p hãc. Item quæro quid de dominio bonorum? Resp. illud si est directum, est de iure gen. ergo retinet, sed si haberet utile dñium, illud non retineret sub isto noĩe: quoniã puto hoc a iure ciuili inductũ, sed quia hoc idẽ sonat, q͂d effectus dominij: ut no. C. de bo. ma. auth. ideo. nec puto q̄ hic retineat sicut directum: quia hic effectus dominij est de iure gen. ar. inst. de usu. & ha. §. si. vbi dicitur usum & similia, quæ sunt de effectu dñij, esse de iure gen. sed licet retineantur, nec publicẽ efficiantur, tamen occupanti conceduntur. Casus est in l. transfuga. de acqui. rer. do. sicut enim potest occidi persona, & capi & haberi, ut seruus: multò magis res. sed puto, q̄ si sequeretur cõdemnatio per iudicem, & sic condemnaretur crimine læsæ maiestatis: quia tunc omnia publicarentur hodie per l pe. & fi. C. ad le. Iul. ma. e. Itẽ quid de iurisdictionibus, quas haberet talis rebellis à dño? iurisdictio est iuris ciuilis: quia de iure publico introducta est, ut no. ff. de iurisd. omn. iudi. l. j. facit de orig. iur. l. 2. §. pe. origo enim fuit de iure gentiũ. quo etiam fuerunt regés, ut l ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. sed quia circa iurisdictionem multa sunt addita: ideo dicitur de iure ciuili, ut l. ius ciuile ff. de insti. & iu. & licet in eum qui est rebellis, non cadat iurisdictio tanquam

Regũ & iurisdictionis, origo est de iure gentium.

Idẽ Bar. Bald. Pan. & Ia. in l. ex hoc iure in gl. al leg.

ius quoddam a iure ciuili inductum, remanet tñ tanq̃ quædam potestas regia de iure gentium. & ideo Imperator (vt in illo c. pastoralis) priuauit Regem Robertum iurisdictione & dignitatibus, quasi non esset ipso iure priuatus, vel quia licet, est etiam ipso iure priuatus: tamen donec toleratur, valent gesta per eum, vt l. Barbarius. ff. de offi. præsid. & C. de senten. l. si arbiter. & ideo Imperator in dicta sententia expressè priuauit: nec dicit ipso iure priuetur. & tacitè vult hoc fieri expressè, per id quod dicitur. ff. si pen. app. mors interue. l. j. vbi bona iubentur publicata expressè, tamen vbi tacitè inerat. Vel dic q̄ Imperator econtra Regem ideo expressè priuauit: quia istas iurisdictiones habebat in terris ecclesiæ, & ab ecclesia non erat ipso iure priuatus, priuauit autem eum per sententiam, sed ecclesia istud non admisit, vt statim dicam, licet etiam præcedentia vera sint. Item quid de obligationibus & promissionibus factis his rebellibus? Respõ. si quidem sunt iuris ciuilis, ipso iure perdunt: si iuris gentiũ tunc ea non perdunt, vt dictum est, sed in aliquibus promittens ipso iure non tenetur, vt si esset debitor fidelitatis. Nã tunc cum esset rebellis, ei obedire non tenetur. non tanquam liberatus per rebellionem, sed tanquam ab ipso initio in ipsa promissione conditionata sit cõditio, vt non sis rebellis superiori, & ita intelligo x. co. hic finitur lex. c. j. & quod ibi not. facit ff. de legat. j. l. quod ergo. §. si hæres, & de verb. obl. l. qui seruum, sed dominus Imperator contra dictum Robertum regem expresse priuationis sententiam promulgauit, vt d. c. pastoralis. § iubendo etiam. sed hoc facit vel quia prædicta erant in terris ecclesiæ. vel in aliis causa prædelegatis. Sed cum perdant ea quæ sunt iuris ciuilis, quid de his, quæ habent a iure canonico seu a summo Pontifice? Resp. quoddam ius est super ius ciuile, quoddam infra ius ciuile, quoddam æquale illi. primo casu per solam rebellionem non perditur, vt ius naturale vel gent. ea enim retinet, vt d. l. amissione. ff. de cap. di. sed per sententiam potest quis priuari eo, vt patet in damnato ad mortem: quia ipsa sententia priuatur ciuitate & libertate: quæ est naturalis facultas, vt ff. de sta. hom. l. libertas, & eodem modo dico de his, quæ quis habet a summo Pontifice. Nam ea sola rebellione non perdit: nam eius authoritas super ius ciuile est, sed per sententiam legitimè latam posset quis illo iure priuari etiam a iudice seculari, de laicis verò loquor: vnde si Imperator protulisset sententiam contra dictum regem præsentem. valuisset, vt dicto cap. pastoralis. ibi, quod si punitio &c. tamen quia in absentem protulit, nõ valuit, vt dictum est. De eo verò iure quod est infra ius ciuile, vt sunt propria ciuitatum & aliorum dominorum sub imperio constitutorum: illa sine dubio perdit. Illa enim iura cum authoritate principis sint facta, ipsius iura esse videntur, vt C. de vete. iu. enu cle. l. prima. §. omnia, & est expressum. a. collat. hic finitur lex Corrad. dicto cap. j. De eo verò iure, quod est æquale iuri nostro ciuili. exemplum poni non potest de iure: cum Imperatoris omnia sint, exceptis his, quæ habet ecclesia, vt dictum est supra situ proximo, circa principiũ. Sed præsuppono prout de facto obseruatur, quod aliqui reges, vel populi non recognoscunt Imperatorem in dominum: tamen dicendum est quod illa iura non perdit rebellis: ex sua rebellione: nam ex hoc perdunt iura ciuilia scilicet ciuium Romanorum: vt institut. quibus mod. ius patriæ potestas soluitur. §. cum autem iura ciuilia extraneorum. Ex prædictis patet determinatio quæstionis de exbannitis nostri temporis. dico enim quòd illi, qui ex forma statuti possunt impunè offendi, dicuntur hostes. rebelles ciuitatis: quod patet, quando per legem ciuitatis contra eos indictum est bellum, vt dicta l. amissione, in gloss. super verbo. relegati. & ideo perdunt iura ciuilia illius ciuitatis & non iura ciuilia Romano. quæ sunt supra iura aliarum ciuitatum, quæ sunt æqualia. sicut exbanniti & con-

Idẽ Bal. in l. fi. C. si cõt. ius. uel utili. pub. & l. t. de iure annul. an teo. Iurisd multiplicitas. ius nãle uel gentiũ nõ nisi p sniam amittũtur.

Vide de hac materiã Rap. sit C. quo modo & quando iudex. per gloss. in l. properandũ. §. sin autem alterutra. de iudi.

& condẽnati ab imperatore non perdunt ea, quę sunt iuris ciuilis papalis. & sic est casus in d. cap. pastoralis. Sed dices tu, illud verum est in terris ecclesiæ: sed in terris imperij videtur hic casus in contrarium. Nam imperator credit illum regem posse priuari illo iure, quod habebat à superiore: ergo idem sentit ab eo, qui est inferior eo. Sed contradico: nam imperator cognoscens, quòd eo ipso, quod rebellis & hostis sit non perdit ea, quæ habet à superiore: & ideo expresse sententiam priuationis

Nulli[a] ergo omnino hominum liceat hanc paginã declarationis & pronũciationis infringere,[b] vel ausu temerario[c] cõtraire.[d] Si quis aũt hoc attentare[e] pſumpserit, indignationẽ[f] nostram & pœnam mille[g] librarum nostræ cameræ soluendarum se nouerit incursurum. Data[h] Pisis iiij. Nonas Aprilis, regni nostri anno v. M. cccxij.

protulit: sic patet quòd eo ipso. quod exbãnitus & hostis unius ciuitatis est, non perdit ea quæ sunt in ciuitate Romana. casus est ff. de capti. & postlim. reuer. l. si quis ingenuã. §. in ciuilibus. Sed si ciuitas vellet hoc expresse facere per suam legem, vt suũ effectum porrigat ad ea quæ sunt extra territoriũ: dixi plenè in repetitione l. cunctos populos. C. de sum. trinit. & fid. cathol. & hanc materiã plenè tractaui in quæstione, quã de hoc disputaui: quæ incipit, Lucana ciuitatis statuto &c. Circa secundum: scilicet de pœna, quæ potest infligi à quolibet homine, quæritur an eum qui est rebellis occultè, liceat[a] occidere? Et dic quod sic. nam ipso facto hanc pœnam incurrit: vt hic, & in iudicio quo proceditur de homicidio, liquidabitur, an fuerit rebellis. ar. ff. de oper. no. nuntia. l. de pupillo. § si quis riuos. ver. toties. Item an ista pœnæ cadant in rebellem ciuitatem? Respon. quædã sunt ciuitates, quæ per vim occupantur ab aliquo tyranno hoste imperij: & istæ propriè non dicuntur rebelles, licet dicuntur ciuitates[b] captiuæ: quæ si recuperantur, dicuntur redditæ ad pristinam libertatem: vt C. de offic. pręfe. prætorio. Aphri. l. 1. in prin. quædam proprio motu ciuium, vel maioris partis rebellant: & istæ sunt propriè rebelles: in quibus quantum ad amissionem iurium & iurisdictionis dicendum est idem, quod in priuato. Quantum ad pœnam inferendam per hominem priuatum, dicendum est, quòd quilibet potest in eius ciuitate & territorio capere, prædari, & comburere, & similia facere, quæ consueuerunt fieri his, contra quos bellum habemus, vt l. 3. in fin. ff. de acquiren. rer. domi. Sed si capiatur vna ciuitas cuius populus sit rebellis: an populus efficiatur seruus, sicut vnus priuatus captus? Respond. non, imò libertatem recipiunt. in authen. de hæ. & fale. in prin. & ibi no. in gloss. super verbo, antiqua. & ibi per Iacob. de Bel. Item an iurisdictio erit priuati capientis? Respon.[a] non: cum iure antiquo illam ante iam perdidit: & sic est principis: & sic tũc cum occupatur, non habet iurisdict. Item an priuatus qui capit ciuitatem, poterit eam destruere, vel homines inde expellere, patebit statim. De pœna vero inferenda per sententiam iudicis dico, quod nullus potest condemnare ciuitatem subijciendam aratro, nisi solus princeps. Nam licet domus particulares sint priuatorum, ipsa ciuitas vniuersaliter cõsiderata est principis. similiter & palatia pulchra ciuitatum in. colla. quæ sint regalia. capit. 1. non poterit ergo destrui ciuitas, quæ principis est, absque eius uoluntate. Item si nõ licet destruere ciuitatẽ, nec alia ædificia per quæ vrbs deformatur ruinis. ff de lega. 1. l. cætera. §. hoc senatus. & C. de ædific. priuat. l. 2. multò minus nec tota ciuitas. Item si non licet contra decuriones ciuitatis ferre sententiã mortis principe inconsulto, vt ff de pœn. l. moris. §. iste ferè: multo minus licebit contra ciuitatem, sicut Troia & Carthago passæ sunt aratrum ex præcepto eius, qui tenebat imperium. vt ff. quibus mod. usufruct. amittat. l. si vsusfructus ciuitati. Dico etiam, quod potest cogere homines ciuitatis captæ illam dimittere cum omnibus bonis, & ad aliam se trãsferre: quod solus princeps potest. argum. C. de iure fisci. l. certa forma. lib. x. sed relegare ex causa põt præses vel alius prætor uel rector. ut ff. de offi. præse. vrb. l. 1. §. fin.

[a] Nulli. Quarta pars in qua punit impugnantes constitutionẽ. & quod dicit nulli, intellige priuato, uel in quauis dignitate posito, etiam si uicarius fuerit imperatoris, nisi hoc habuerit expressè in mandatis. hoc enim innuit dictio omnino, quæ sequitur. q. d. sine distinctione personarum, ut ff quod met. cau. l. si cum exceptione. §. quatenus. in glo. super verbo, omnino. & de fideiuss. l. Græce. § illud. & ibi per Din. & de dictione penitus, vide quod ponitur. C. de vsur. rei iudi. l. fin. a. te. pon.

[b] Infringere. id est retractare directo: vel per malitiosam interpretationem facere, vt C. de leg. l. 2.

[c] Temerario. ex hoc patet, quod si ex facilitate absque dolo hoc fecerit, non incidit in hanc pœnam: ut ff. ad Turpil. l. 1. §. quæri potest.

[d] Contraire. vel contra dissimulando vel audiendo allegationes contra hanc legem: ut C. de lega. l. 2. & de sacrosan. eccl. l. 1.

[e] Attentare. & sic non requiritur, quòd ad effectum perduxerit. quod plenè dic, vt C. de episco. & cleri. l. si quis non dicam rapere &c.

[f] Indignationem. huius verbi nullum effectũ inuenio, nisi quatenus verbum sonat: quia imperator indignatus ex hoc facto non exhibebit se gratiosum.

[g] Mille librarum. alias punitur alia pœna. C. de leg. l. 2. in fi. & de sacrosan. eccle. l. placet. & dic vt ibi per doct. Et sic not. pro ciuitatibus quæ quandoq; faciunt statuta, & pœnam imponunt iudici contra iudicanti, & aduersario & aduocato contra[a] allegantis: nam ualet talis adiectio pœnæ, si statutum illud validum sit: vt hic, cum si. sed si esset inualidum, non ualeret adiectio pœnæ. sicut nec principale, ut C. de legi. l. nõ dubium. & C. de pactis. l. pacta quæ contra. Sed aliquãdo ciuitates uolentes ut ipsa statuta licet inualida obseruẽtur, auferũt iurisdictionem suis iudicibus: ut si aliquid contra illud statutum diceretur, uel allegaretur: super eo quod contra illud statutum allegatur, iurisdictionem non habeat. quod an ualeat, dic quod quandoq; per illud statutum inualidũ nititur auferre alicui ius agendi: & tunc talis clausula per quam aufertur iurisdictio iudici qui eam habet ab ipsa ciuitate, ualet: ut ff. de iudic. l. iudicium soluitur. tamẽ poterit agi coram superiore, sicut alias cum proceditur per uiam euangelicæ denuntiationis, ut diximus ĩ. proxi. in glo. super uerbo denuntiationis. Si verò aufertur ius excipiendi seu defendendi, tunc talis clausula per quam aufertur iurisdictio super defensione, non ualet: quia defensio est de iure naturali: & sic non potest auferri, nec impediri, quin iudex audiat, alias idem importaret, si statueret, quod iudex faciat iniustitiam propter hoc. extra de re iudic. ca. pastoralis. in clementi. & quod dixi. s. l. proxi. in glo. super uerbo figura. Item si aufertur ius replicandi: quia sicut exceptio est defensio contra actionem, ita replicatio cõtra exceptionem, ut ff de excep. l. 2. & hoc quando talis est exceptio siue defensio, quæ per statutũ non potest tolli. alias sicut posset ipsa exceptio tolli, ita & iurisdictio auferri.

[h] Data. istud est utile & necessarium in legibus, quæ de nouo emanant: sed in codicibus & legibus antiquis diu obseruatis, seu in uolumine legũ redactis, licet data non reperiatur, nihilominus suũ vigorem obtinet: vt in

Rebellem an occulte occidere licet.

[a] In hãc qõnem ui de Alc. in cons. 182. incip. videtur prima consideratione.

[b] Idẽ Bar. in leg. tutelas. ff. de capit. dimin.

[a] Idẽ Bal. & Pau. in d. §. in ciuilibus. & in glo. alleg.

[a] Aduertẽ tamẽ quod quãquam nõ liceat allegare aduersus statutũ, nõ tamẽ tenetur apud iudicẽ aduocatus ipsum statutũ allegare. Neque ob id quod allegatum nõ fuerit omittet iudex iudicare secundum id ipsum. Quod dinosum est in cõsuetudine, quæ allegãda est, & probãda: quoniam non solet consuetudo ita nota esse, ut statutũ quod iudex se seruaturũ adiurat, secũdũ Bal. in l. 1 C. quæ desunt aduo. in. suppl. Vide ca. 1. & 2. de litis cõte. lib. vj.

vt in prima constitutione Codicis ibi, si qua eorũ &c. vnde & constitutio postquam cœpit per studia diuulgari & frequentari, valeret: licet data non reperiretur. & hoc est vtile propter quasdam ciuitates. quæ habẽt sua volumina statutorum non publicata manu notarioris: sed sunt diutius obseruata. & hæc data est cõmunis ad hanc cõstitutionẽ & præcedẽtẽ.

SEQVITVR liber de pace Constantiæ.

[a] In nomine sãctæ & indiuiduæ trinitatis. Imperator Fridericus pacẽ suã laudabilẽ summæ attribuit trinitati vt facit alibi Iustinianus. C. de of. præf. prætorio. Aphri. l. in nomine & in authẽ. de q̃ltn. in prin. & in auth. de armis in princ. Ex quo sequitur bonũ principiũ, melius mediũ, & finis deo acceptabilis. in auth. quomodo oportet episco. in prin. nõ ergo tãquã ipse, sed tanquam deus videtur facere, vt ff. de acquir. pos. l. q̃ meo, & non sua vice, sed delegatus. i. dei, cuius vice fungitur. Nã princeps ẽ ordinari⁹ omniũ, & legatus siue procõsul dei, vt ff. de of. eius cui mãda. est iurisd. leg. 1 in fi. & in authẽ. de fide instr. § quia ergo imperiũ. secundũ Accur. qui ita eleganter not. in authẽ. de hære. & Fal. in tit. coll. 1. Sed quare iste stylus non seruatur in literis apostolicis? Rñ. quia hoc facit stylus literarũ papalium, ubi non fit alia expressio, ut not in. c. abbate. in fin. de re iudi. lib. 6. in nouel. Adde quòd consuetudo formalis debet seruari, aliàs instrumentum nõ valet, ut no. in auth. ut præponatur nomen imperatoris. §. nos enim. col. 6. in gloss puta &c. Baldus.

LIBER DE PACE Cõstantiæ composita inter Imperatorem Fridericum & filiũ eius Henricum & quosdam nobiles Alemaniæ ex vna parte, & ciuitates Lombardia, Marchiæ, & Romandiolę ex altera, cum commento domini Baldi de Vbaldis de Perusio vtriusque iuris doctoris illustrissimi.

In noĩe [a] sanctæ & indiuiduę Trinitatis. Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & fili⁹ eius Henricus sextus Romanorum rex Augustus. Imperialis [b] clementiæ immensa serenitas mansueta eam semper [c] in subditis suis dispensationem [d] fauoris & gratiæ habere consueuit, vt quamuis districta seueritate excessuum delicta [e] debeat, & possit corrigere: magis tamen studeat propitia tranquillitate pacis & piis affectibus [f] misericordię Romanum imperium regere, & rebelliũ insolentiam ad debitã fidem, [g] & debitæ deuotionis [h] obsequium reuocare. Ea propter cognoscat vniuersitas [i] fideliũ imperii tam præsentis ætatis, quàm successiuæ posteritatis, quòd nos solita benignitatis nostræ gratia, ad fidem & deuotionem Lombardorum, qui aliquãdo nos & imperium nostrum offenderant, vi

[b] Imperialis. Imperator debet esse clemẽs & mãsuetus, ut hic, & C. de nã. commiseratiõ priua. l. ult. Quã quidem mansuetudo ex humanitate descẽdit, & merito principi inest. cũ nihil tam peculiare sit imperialis maiestatis, quam humanitas, ut C. de donat. inter uirũ & uxo. l. si in fi. & C. de test. l. fi. ibi, ad humanitatem dei respicientes. sic & princeps serenus inscribitur. C. de of. præfec. sa. larg. l. exemplar. Item magnanimus & benignus. l. 1. C. de thesau. lib. 10.

[c] Eam semper. Imperator pacem, & clementiam, & mansuetudinem, & dispensationem, & fauores, & gratias solum subditis suis & deuotis pollicetur, non his, quos ut hostes, & barbaros iure persequitur: quos potius conuenit seuerè puniri. & per hoc imperator iustitię terminos non excedit: sed potius iustitia mediãte procedit, ut. s. hic finitur lex, deinde cõsue. regni in capitul. c. domino guerram. col. 10. Ideoque subtili ingenio ast ab eis uelint a barbaris pecunia extorquẽda, ut egestate laborent. ff. depo. l. bona fides. nimirũ igitur si contra rebelles ferocitas exercetur, cũ peccẽt, eo quòd contra dominum suum bella exerceant. C. de cõmer. & merca. l. 2. C. loc. l. fina. s. dist. quo iure. præsertim si papa contra hæreticos, qui non possunt præscribere contra confiscationem bonorũ. vt no. in c. 1. de præscript. lib. 6. in nouella. & est expressum. C. de aposta. l. apostatarum. hostes fidei nõ protegi, sed exterminari oportet: vt C. de sum. trini. l. nullos hæreticos; sicut etiam deportatus vllo tẽpore non præscribit: quia à iure ciuili est penitus alienus. ff. de le. 3. l. 1. §. 2. quibus. quia de probatus pro mortuo habetur, ut ff. de contra ta. l. j. & no. in l. 1. C. hær. instit. & ff. de lib. & posthu. l. Gallus. §. & quid si tantum. & fortè ciuilites possidere non potest. & sic in tali exilio incepta vsucapio interrumperetur.

[d] Dispensationem. dispensatio dicitur seueritatis & excessuũ mitigatio, vel remissio. fac. extra de iudi. ca. at si clerici. Iura tamen ciuilia raro dispensationes permittunt, quia non debẽt indulgentia crimina subleuari, vt C. de cohor. l. si apparitor. lib. 12. & contra rebelles & proditores nunquam [illegible] sed debẽt ipsi temeritatis suæ conatibus opprimi, ut C. de senato. l. 1. & a libro. 12. & C. de dela. l. fin. lib. 10. Item hoc ipso, quòd quis paccit malo, intelligitur nocere bono. in auth. de mand princi. §. homicidis. & eis solus princeps securitatem dare potest, nisi ex causa iure expressa. eod. ti a §. sed neque hoc. & not. ff. de pu. iu. l. is qui sectus.

[e] Delicta. i. delinquentes. sic. C. de test. l. iubemus. in prin. Occurrit dicere illud vulgare, cum filius facit offensam patri, & pater verberibus eum castigat. dicit enim pater filio: non verbero te, sed fatuitatem tuam: ut C. de emẽ. propin. l. j. secundum Odof. & alibi. Non punio ego te: sed mores tuos accusans & puniã te. l. palam. de ri. nu. ff. de proba. l. cum probatio per Acc.

[f] Affectibus pijs. Imperator pietate mouetur ad aliquid concedendum. vt & aliàs. C. de off. procõ & le. l. a ibi dum dicit, cuius allegationes humanæ piũ principem commouerunt, vt C. de aposta. hi qui sanctũ.

[g] Debitam fidem. omnes tenemur principi: quia ut deus est princeps in cœlis, sic imperatorem uicarium suum & dominatorem in fide ac ueritate & iustitia constituit in terris: ut. C. de ue. iu. enu. l. a §. si quid igitur & in auth. de consulibus. in fi. Præterea diuina pagina dicit, omnis anima subdita sit principi, & ducibus ab eo missis, ut extra de cen. c. omnis anima.

[h] Deuotionis. subditi debent esse deuoti. ut. C. de ue. cti. & commi. l. alegantem, & s. qui cau. feu. amit. ca. Obertus. §. 1. col. 10.

[i] Vniuersitas de ista magna vniuersitate, quæ omnes fideles imperij in se complectitur iam præsentis ætatis, quam successiua posteritatis. hinc colligitur, quod lex semper loquitur, vt C. de hæ. l. Arriani.

Ianuæ

sceta nobis innatæ [a] pietatis aperiētes, eos & societatē [b] ac fautores eorum in plenitudinem [c] gratię nostrę recipimus, offensas omnes & culpas quibus nos ad indignationem [d] prouocauerāt, clementer eis remittentes: eosq; propter fidelia deuotę synceritatis seruitia, quæ nos ab eis credimus certissimè recepturos, [e] in numero dilectorum nostrorum fidelium computandos censemus. Pacem itaque nostram, quā eis clementer indultā cōcessimus pręsenti pagina iussimus subscribi, & authoritatis nostræ sigillo cōiri: [f] cuius ē hic tenor & series,

Nos Romanorū [a] imparor Fridericus & filius noster Henric' Romanorū rex, cōcedim' vobis ciuitatibus, locis & psonis societatis regalia & cōsuetudines nr̄as tā in ciuitate, q̄ extra ciuitaté, videlicet Veronæ & castro eius, suburbijs ēt, & alijs ciuitatibus & suburbiis, locis, & personis societatis in ppetuū, videlicet, vt ī ipa ciuitate oīa habeatis,

[a] Innata pietatis. pietas decet principem, per quam sola Dei seruatur imitatio, vt C. de nup. l. Imperialis.

[b] Eos & societatem. i. ligam siue confœderationem tam factā, quàm fiendam inter eosdem, vt j eo. §. itē societatem. In hac autem societate nō cōtinetur Ferraria, quia non fuit in concordia cū Lōbardis secūdum Od.

[c] In plenitudinem. ille intelligitur receptus ad plenitudinem gratiæ cui remittuntur culpæ, & recipit ad fauores.

[d] Ad indignationē. iniuriæ principes & dominos prouocant ad indignationem. fa. ff. de ma ne. test. l. Centurio. Item no. quod inter offendentē & offensum præsum. ē animi indignatio, ., & est præsumptio naturę vulneratæ propter offensam. ff. de arb. l. licet. ff. de adimen. leg. l. 3. in fin. C. fa. erc. l. in ipsius.

[e] Recepturos. quando princeps indulget beneficia, sperat recipere grata seruitia, aliàs non facturus. & idcò non mirum si ingrati perdunt gratias, nam oppositum dissolutū propositū.

[f] Sigillo communiri dicit Odofr. quòd in l. facienda, non est opus sigillo principis. Adde, dicūt doct. quod contractus probatur per sigillū, vbi defecit tabel. vt no. in c. 2. de fo. competen. in nouel. lib. 6. fa. C. qui testa. fac. pos. l. hac consultissima. §. fi. de test. l. si vnus. Sigillum habet vim consensus & confirmationis, vt no. C de reb. ali. non alie. l. 2. per Accur. de fide. l. Lucius. de test mil. l. tribunus §. vlti. Sine literis tamē mutus & incertus testis est sigillum, & ideò per solius sigilli præsentationem non probatur commissio, præsertim specialis, vt no. in ca. quamuis. de pac. lib. 6. in nouel. quia sigillum est res inanimata. & vide qđ no. de ijs quæ fiunt à præla. capitulo, quanto. in nouel. Sed aliud est sigillum alterius fidei committere, aliud in chartis imponere.

[a] Nos Romanorum Imperator'. vult istā pacem esse perpetuā. i. quandiu fides seruet, vt C. lo. l. quęro. §. Inter locatorem. insti. eo. §. adeo. vel per præsentē mundi ætatem & futurā & sine pręfinitione temporis: quia Imperator facit hanc pacem nomine sedis: non nomine proprio tantum: & Imperium non moritur, vt ff. de legat. 2. l. quod prin. & in authen. quomodo oportet epi. c. 1. in fi. & no. per Cy. C. qui test. fa. pos. l. si quis imperatorem. & in c. si gratiosè. de rescrip. lib. 6. & hoc ex parte imperij. Sed ex parte ciuitatis exponitur perpetuum. i. vsque ad vitam ciuitatis. nam mori potest, si authoritate superioris damnetur ad aratrum vt no. Innoc. extra de oper. no. nun. c. cum ex iniuncto. Item si pereat alluuione vel chasmate, vt ff. qui. mo. vsusf. amit. l. si ciuitati. & C. de le. l. cum res §. fi. & qđ no. in c. nō potest. de præb. lib. 6. in nouel. Item si fuerit posita ciuitas in banno æternali imperatoria, vel in banno dñi papæ secūdum Hug. & Odof. nā eā perdat ea, quæ sunt iuris ciuilis, eq parat deportato: quimo eiq condēnatus est ad vltimū supplicium qui efficitū seruus pœnæ: & sola statim trahit secū ad executionē intellectualē, vt ff. de pę. l. q vls. & no. in l. vl. C. si à nō cōp. iu. Sed hic dubitat, an dānata ciuitate ad [a] aratrū intelligātur eius castra dānata? & dicendū q nō iuxta no. in c. fęlicis. extra de pœ in no uel. & in c. si ciuitas. de sen. exc. lib 6. Item destituitur ciuitas, si homines inde eo proposito decedant, ne eo amplius reuertātur, vt ff de colle. il. l. pe. 1. respon. & ar. ff. de le. 2. l. pater. §. Tusculanus. Item si incendio deusta sit, vel aliquo casu in totum corruerit sine spe reparationis. ar. ff. de ope. no. nū. l. 1. §. si qs ædificiū. & ff. de tri. actu. ptiua. l. 3. §. reficere. ff. de ver. ob. l. inter sti. §. sacrā. ff. de sol. qui res. §. areā. Sed si cū spe reparationis, durat ciuitas habitu, sed nō actu. arg. eorum quę no. ff. quod cuiusque vni. no. l. sicut §. fin. & ff. de pi. l. Paulus. § donis. & in c. plerique ex tra de ele in cle. His itaque casibus priuilegia aut delētur, aut in suspenso retinentur, nā si est perpetuò desolata ciuitas, priuilegia eius remouētur: quia sublata persona, & re cui tributum est beneficium, delentur priuilegium eius: ar. l. postquam. in prin. vt leg. no. ca ff. de condi. & de. l. intercidit. de iure. codi. l. quidam. at verò si spes est reparationis, beneficium non deletur, & si de facto nō exercitaretur ad actum summa vt no. ff de verb. obl g. l. 2. & l. inter stipulantem, § sacram. nam sæpè priuilegiū suspenditur, & non annihilatur, vt no. in c. j. de ele. cōin. li. 6. in nouel. Quid ergo si huiusmodi ciuitas ita diruta reædificetur an his priuilegijs quibus prius potiebatur, modo potietur? ar. q non quasi sit alia ciuitas, & non ea quæ prius erat. ar. ff. de vsufr. l. qui vsum fr. & habes ar. ff. qui. mo. vsusf. ami. l. quid tā. § pe. Sed ego contra puto, sm Odofred. quia aliàs propter vtilitatem censetur idem, quod nō est idem. ff. de serui. ru. præ di. l. seruitutes. §. si sublatū. & nemo dubitet hāc publicam esse vtilitatē, si talis ciuitas pacificè his priuilegijs potiatur: cum pax sit vtilitas publica, vt ff. de pact. l conuentionum. & hic est quidam fauor: non potiri verò est quoddam odium: & fauores sunt ampliandi, & odia sunt restringenda. argu. s. eod in princ. ibi magis tamen studeat &c. & ff de lib. & posthu. l. cum quidam. & hæc vera sunt, si idem populus, non tamen nūc damnatus à principe, ciuitatem reædificet. Quid aūt si quondā ciuitas, quæ tempore huius pacis pro ciuitate non habebatur, sed pro loco, villa vel castro reædificetur. & ciuitas fiat: an huiusmodi priuilegijs potietur? Respon. non tanquam ciuitas, sed tanquam castrum eius ciuitatis sub qua erat: cum de ea tanquam de ciuitate mentio facta non fuerit, & ideò omissa intelligatur. ar. ff. solu mat. l. si cum dotem. & in c. literas de rescrip. in cle. Idem crederem, si de nouo territorio alicuius istarum ciuitatum ciuitas aliqua instrueretur: quia nouum corpus & noua vniuersitas est, & est similis posthumo præterito, vt ff. de reuo. do. l. si vnquam & casus improuiso, vt ff. de mil. test. l. militi ex codicillis. §. miles. & rei quæ nunc primum apparet in rerum natura, vt ff. de contrahen. emp. l. Rutilis, & l. in lege. & in c. vlt. de rescrip. in gloss. Sed videtur contra ff. si ser. ven. l. fina. sed ibi

[a] Adde ciuitatē tū dicit ad aratrum cā nari cum ita condē nat, vt sic deleatatq; euertatur, vt aratrū indnctum omnia solo æquare possit. de quo vide gl. j. q. j. c. iudices, & ad q. Bal. vide Ioā. Andre. de pœn. ca. felicis. lib. 6. Quib' autē modis ciuitas desinat ciuitas esse. vi de p Bar. in l. vsusfru. ff. qui. mo. vsusfru. amit.

ſicut hactenus habuiſtis, vel habetis. Extra verò oẽs conſuetudines ſine cõtradictione noſtra exerceatis, quas ab antiquo exercuiſtis, vel exercetis tã in foro, vel ĩ nemoribus, & paſcuis, & pontibus, aquis, & molendinis, ſicut ab antiquo [a] habere conſueuiſtis, vel habetis, ĩ exercitu, in munitionibus ciuitatũ, [b] in iuriſdictione [c] tã in cau-

ſed ibi fuit facta mentio de futuris. Pone quædam ciuitas ſubmerſa eſt in mari: Papa hoc ignorans, fecit quẽdam epiſcopum illius ciuitatis. Quæritur, an erit epiſcopus ſaltem ratione diœceſ. & videtur ꝙ non, ar. extra de reſcrip. c. Rodulphus. & quia ille diœceſis eſt acephale: quia caput non habet. ar. ff. de lega. 1. l. 1. §. his quibus. Item, quia non videtur epiſcopus eſſe poſſe ſine ciuitate: vt no. in decret. 99. diſtinct. prouinciæ. nã etiam ſine præſide proprio poteſt eſſe ciuitas, non tamen ſine epiſcopo, quo caſu epiſcopus erit dominus non ſolum ſpiritualis, ſed etiam temporalis, vt in authen. vt differ. iudi. §. 1. Contrarium credo: quia ſi non valet in totum, debet valere pro ea parte, pro qua valere poteſt. argum. ff. de ſer. l. ſi tam anguſti. porrò quandoque pars ponitur pro toto, vt ff. de lega. 3. l. vxori ſuæ. Quæro nunquid ciuitas durans in nouis ciuibus non naturalibus, ſed aduentitijs, dicatur eadem ciuitas? Reſpon. ſic. nam hoc idem eſt in capitibus ſubrogatis in locum mortuorum ff. de leg. 1. l. grege. & l. ſi grege. & patriæ priuilegium videtur ipſis ciuibus eſſe conceſſum, vt C. de teſt. l. ſi non ſpeciali. & de foro compet. c. dilecti. Item quia qđ vniuerſale eſt, non poteſt morte perire, ſicut homo in genere non moritur: vt ff. ad leg. Falc. l. in ratione. §. incertè. item lex dicit, ciuitas noſtra populoſa eſt, quæ meritò etiam aduenas comprehendit, vt in authen. de quæſtore. poſt princ. col. 6. nam ciuitas vice perſonæ fungitur, cũ talis eſt vniuerſitas, quæ vice vnius perſonæ fungatur, omnia tranſeũt cũ ipſis, de fideiu. l. mortuo. Quæro, Quid ſi ex pluribus caſtris vnius ciuitatis, puta Bononiæ, fiat vna congregatio, quæ velit ſe inſurgere nomine ciuitatis? Reſpon. hoc non poteſt fieri ſine conſenſu ſuperioris. i. rectoris illius ciuitatis, in cuius territorio ædificatur, vt ff. de colleg. illi. l. 1. & arg. ff. de rer. diui. l. antepe. § pen. ſecundum Odof. & C. de fun. limi. l. quocunque caſtrorum, & in auth. qb mod. nat. effi. ſui. § ſi quis igitur ex quolibet. ibi, vel abbatis. præſentes ergo & præteritas tantum hic conſuetudines concedit. Quid ergo de futuris? Reſpond. illæ non conceduntur per conſtitutionem iſtam. Odof. ar. ff. de legi. l. cum lex. & ſic eſt argu. quòd noua ſtatuta non poſſint fieri ſine ſcientia principis. ar. à contrario ſenſu iſtius literæ. dic vt in l. omnes populi. per doct. Imò ſi pertinent ad bonum regimen, per ea, quæ ſequuntur, ſtandum eſt antiquitati.

[a] Sicut ab antiquo. argu. quod antiquæ conſuetudines ſunt ſeruandæ. vnde dicit lex, ne quid contra longam conſuetudinem fiat, ad ſolicitudinem ſuam reuocabit præſes prouinciæ. C. quæ ſit lon. conſuetu. l. j. ſimile habes. C. de offi. rec. prouin. l. nullũ, & C. de ſer. & aqua. l. ſi manifeſtè & ff. de offic. procon. l. ſi in aliquã. Et no. hic expreſſum quod in paſcuis, pontibus aquis & molendinis, ac etiã in ipſis commoditatibus aquarum ſtandum eſt antiquitati. Verbum enim habuiſtis & habetis, ſignat retro ſubſiſtentiam iure conſuetudinario: & quia illud erat amiſſum per rebellionem, hic recuperatĩ per gratiam & reconciliationẽ. C. de ſent. paſſ. l. ſi ſicut ſi poſtliminio ciuitas reuerſa eſſet. ff. de iniuſto teſta. l. ſi quis filio. §. ſi. Et ſcias quod in præſcribenda conſuetudine non eſt neceſſe allegare titulũ: vt no. in c. 1. de reſcri. lib. 6. in nouel. & facit ad conſuetudinem obſeruandam, C. de agri. & cen. l. domini prædiorum. Item no. ꝙ interdũ fit aquæ diſtributio arbitrio boni viri. ff. de aqu. & aq. pluu. arcen. l. de vſu. & no. in Spec. de cau. poſ. ibi vide. Imperator vult hic, ꝙ aqua perpetua & curſus eius & commoditas perpetuo non tollatur, nec alteretur. fa. C. de aquæduct. l. ſi diligentes lib. xj. & loquitur tam de aqua publica, quàm de aqua quæ ſeruit commoditatibus priuatorum, vt hic in verbo perſonæ. & eſt expreſſum. C. de aquæduct. l. vſus aquæ. lib. xj. & extra de offi. deleg. cum olim.

[a] Et adde quod no. de præſcri. ca. cum olim. & plenè in c. fi. de conſue. libr. 6. per do.

[b] Munitionibus ciuitatũ. Licet enim Lombardiæ ciuitatem munire. vt hic & ſup. eo. §. ciuitates. Adde ꝙ non ſolum Lombardis, ſed etiam alijs. C. de ſacroſan. eccl. l. ad inſtructionem. Nunquid ergo eccleſiæ tenentur ad talem munitionẽ cõferre? dic quòd aut fit ad ornatum, & non debent conferre, aut fit ad neceſſitatem, & dñt conferre. q̃ eſt eadẽ ratio, quæ in uia & pontibus. nam refectionem itineris & pontium agnoſcit eccleſia propter communem reip. neceſſitatem, in qua etiam eccleſiæ continentur. Idem & in gabella plauſtrorum quæ ſoluitur ad portam: quia illud ſoluitur, quia plauſtra deſtruunt ciuitatem & uias: & oportet, quòd quotidie reficiantur uiæ ex illa pecunia, & ideo ſicut ad refectionem uiæ tenentur, ita ad ſolutionem illius gabellæ ex qua reficitur uia. Ad expenſas ergo ſuperuacuas uel honoris cauſa ſicut eſſet ſalicare plateam, non tenentur eccleſiæ, ſed ad alias neceſſarias expenſas pontium, uiarum, murorum tenentur, ſecundum Iac. Butr. in d. l. ad inſtructionem. niſi fortè ſint eccleſiæ mendicãtium: quia nulla bona in ciuitate habent: ſicut dicimus in ſimili de cap. di. l. tutelas. §. ſi libertate. & ff. de uulg. ſubſt. l. lex Cornelia. nã pauperes ad huiuſmodi ſumptus hu[i]ſ[m]odi conferre non tenentur, ut legitur & nota. C. de anno. & trib. l. indictiones. li. 11. Quid de collectis, q̃ pro eiſdem neceſſitatibus imponuntur? dic ꝙ ſi poſſeſſio per eccleſiam acquiſita, erat adſcripta dare pro ſolido & libra ad collectas: quia quandoque patrimonialia munera poſſeſſionibus indicuntur: ut ff. de mune. & ho. l. reſcripto §. ult. & l. munerũ §. patrimoniorum. & tunc res illa eſt onerata, & cum illo onere trãſit: quare clericus ad quem peruenit, pro illa ſoluere tenetur. ff. de act. emp. & uend. l. alienatio. ff. de acqr. rer. domin. l. traditum. C. ſiue cen. uel reli. l. oẽs. nam ꝓ talibus collectis bona ſunt hypothecata: imo ſunt quodammodo ſuppoſita ſeruituti cuidam, & ideo ad quemcunque tranſeunt, tranſeunt cum onere ſuo. ff. de act. emp. l. in uenditione. & hoc uerũ, ſi talis deſcriptio quæ fit pro ſolido & libra, ſit perpetua & certa. Secus ſi propter uarietatem negotiorũ immobilium immutetur: nam incertæ obligationi hypotheca accedere non poteſt, & ideo non uidetur huiuſmodi onus durare, poſtquam peruenit ad perſonam priuilegiatã: ut in c. unico. de iure patr. lib. 6. & ita tenet Archi. in c. 1. de immu. eccl. lib. 6. & idem ibi Ioan. And. in nouel. Ex his apparet, quòd collecta eſt munus merè patrimoniale, ut quando eſt perpetua certa & ordinaria: quandoque eſt munus miſtum, ut quando non eſt ordinaria, ſed ſecundum emergentes caſus imponitur perſonis pro rebus: quo caſu non tenetur eccleſia: quia non eſt ſubiecta communitatibus uel dominis temporalibus, ſicut non tenetur ad ſuperindictum: vt C. de ſacroſanctis eccleſijs. l. placet. ad quæ etiam nõ tenetur clericus ad titulum ſui patrimonij perpetuo ordinatus. ut nota. in capitu. epiſcopus. de præbendis. per Ber.

[c] In iuriſdictione. tam in criminalibus cauſis quàm in ciuilib. hic apertè apparet, ꝙ merũ imperiũ & miſtũ dicitur iuriſdictio, cũ dicat in criminalib. & pecuniarijs. ſic. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. l. 1. §. 1. & no. ff. de iuriſd. omn. iud. l. imperium.

Crimi-

Criminalibus. sed an & sine hac prouisione haberent iurisdictionem in criminalibus, uidi sæpius quæri. Io. & Azo dicunt quod sic. ff. de offic. præsi. l. illicitas. §. qui uniuersas. & arg. ff. quod quisq; iuris. l. 1. §. 1. & ff. quib. ex cau. ma. l. sed & si per prætoré. §. 1. Alij dicunt soli principi merum imperium cópetere: nam populus ex lege Hor-

sis criminalibus, * quàm in causis pecuniarijs in-

tensia ei & in eum omne imperium & omnem iurisdictionem transtulit, vt Institu. de iur. nat. §. sed quod. & ff. de consti. prin. l. 1. in princ. arg. validum. ff. de offic. præfect. præto. l. vnica ibi regimentis. & arg. C. de veter. iu. enucle. l. 1. §. sed hoc studiosum. Item dicit expresse lex istius imperatoris omnis iurisdictio & omnis districtus apud principem est, vt supra quæ sint regalia. l. omnis iurisdictio. Item & solus princeps potest statuere generalem æquitatem, vt C. de legib. & constitu. princ. l. 2. & ad hoc videtur facere definitio iurisdictionis. Est enim iurisdictio potestas de publico introducta cum necessitate iurisdictionis & æquitatis statuendæ, vt not. do. Azo. in summa. C. de iurisdict. omn. iud. circa prin. & nemo sani capitis dubitat merum imperium iurisdictionem esse, vt ff. de offic. eius cui man. est iurisd. l. 1. ibi & ideo. & l. 2. in princ. Non obstant leges in contrarium allegatæ: quia exercentur authoritate principis, vt C. de legi. & constitu. l. fi. & supra, quæ sint regalia l. omnis iurisdictio. Illud tamen nó est, qui neget magistratus municipales non habere merum imperium, vt ff. de iu. om. iud. l. magistratib. Sed certè ego puto potestates qui hodie eligun tur esse municipales magistratus, vt C. de mu. ang. l. 1. vel defensores ciuitatum, vt in authen. de defen. §. nos igitur. col. 3. qui non habét merú * imperium, vt C. de defen. ciui. l. defensores. ita & l. defensores ciuitatis oblatos. & in authen. iusiurandum quod præsta. ab his qui admi. susc. §. & æquus. col. 2. sic non habebant ante hanc pacem iurisdictionem in criminalibus: sed hoc conceditur eis. Præterea si & sine hac concessione haberent, ad quid ergo in modum priuilegij hoc eis concederetur, cum frustra precib. imploretur, quod iure communi conceditur, vt C. de thesau. l. vna. lib. 10. Odofr. Idem tenet Spec. dicens, quod potestates terrarum non habeant merum imperium, & ideo nedum ad vltimú supplicium nequeunt condemnare, sed etiam forbannire non valent, nimirum, quia non reperitur hoc eis esse cócessum specialiter. huiusmodi enim iurisdictiones nominatim lege vel senatus consulto vel constitutione principum constituuntur, vt ff. de eo cui man. est iurisdi. l. 1. Vnde cum magistratibus municipalibus non videatur hoc attributum, tacitè videtur denegatum, vt C. de senté. & interlo. om. iudic. l. nulli. Præterea merum imperium competit in prouincia soli præsidi prouinciæ, vt ff. de offic. præsi. l. præses. & l. illicitas. §. qui vniuersas. Sed potest dici secundum Acc. quod hoc iure cauetur, sed consuetudine non habetur in ciuitatibus, quæ populariter reguntur. nam potestas eligitur ab eis de consuetudine inuestituræ, & alium præsidem non habent, vnde merum & mistum imperium & omnimoda iurisdictio apud eum est, quia loco præsidis habetur respectu illius ciuitatis. vt no. in authen. de defen. ciui. l. nulla. in glo. quæ incipit, scilicet maiori. in fi. & C. de præscrip. longi temporis. l. fi. Itê in castris seu terris, quæ alterius iurisdictioni non subsunt, sicut in insulis multa sunt, facit quod no. in cap. 1. de re iudic. libr. 6. in nouell. C. de test. l. fin. An ergo damnati ad mortem à talib. potestatibus terrarum efficiuntur serui pœnæ? Respond. quod sic, si ponatur eos habere merú imperiú, adeo vt nec possint eis reseruare testamenti factioné etiam causa cognita, quia testamenti factio publici iuris est, & in seruum non cadit, vt no. C. de testa. milit. l. militibus nostris. etiam si faciant testamentum ad pias causas, bene tamen potest se obligare inter viuos, antequam sit condemnatus ad restitutionem malè ablatorum, vt no. in c. quanquam, de usur. libr. 7. in nouell. Post sententiam verò si bona sint confiscata, nil statuere potest. ar. in l. si patré. §. si. ff. quemad. seruit. amit. & ff. de nona. l. quoties. §. fina. hic enim nulla bona in ciuitate reliquit: vt ff. de vulg. subst. l. lex Corne. & ff. de his quæ pro non scriptis ha. l. si is qui in metallú. Sed hic dubitatur, an si quis pro furto vel alio priuato delicto condemnatus sit ad furcas, nunquid bona sint tacitè confiscata, & glo. sentit quod non, in l. 2. C. quemad. testam. aper. Item & si pœna sit futurarum, tamen crimen est priuatum, vt no. ff. de códict. ob. cau. l. si seruus tuus. de quo crimine, an possit inquiri, no. in c. fœlicis. de pœnis. in nouel. & melius & latius in l. 2. §. si publico. de adul. & per me. C. de probat. l. iubemus. Deinde quæro, pone, quòd princeps concessit ciuitati facere statuta, virtute cuius concessionis ciuitas fecit statuta sua, quæro nunquid poterit reuocare? & videtur quòd non, quia intelligitur de primo actu: vt ff. de verbo. sign. l. boues. §. hoc sermone. Contrarium est verum. ar. C. de testa. l. omnium. & quod no. in cap. non potest. de præben. libr. 6. in nouel. Et ex his apparet, quod statuta potius accedunt vltimæ voluntati quàm contractui. de hoc no. ca. quia cunctis. de concess. præben. in 6. & not. ff. de leg. l. sed & posteriores. & not. per Pe. & Cyn. C. communia de leg. l. fi. §. 1. Quæro vtrum statutum iniquum teneat? Responden. sic: si sit solenniter factum, donec corrigatur per superiorem: secus si sit impossibile, vt no. in ca. fin. de appella. lib. 6. in nouel. Et in cæteris quæ ad commoditatem spectant ciuitatum, hic conceditur ciuitatibus quod olim erat commissum præsidibus: vt in authen. de manda. prin. §. deinde competens. ibi, & quid omnino &c. Et collige quod male factores puniri spectat ad commoditatem ciuitatum, vt hic, & ff. de offic. præsid. l. congruit. & ad salutem omnium, vt C. de ferijs. l. prouinciarum. Expedit enim reipublicæ vt maleficia puniantur, vt ff. ad legem Aquil. l. ita vulneratus. ne ad ea committenda temere quisquam posiliat, vt C. de pœn. l. si operis. Ex hoc ergo. §. nos Romanorum, habes quædam vtilia & necessaria ciuitatibus, quæ sunt concessa indulta & confirmata per hunc Imperatorem Fridericum certis ciuitatibus Lombardiæ, non enim est concessio generalis, ita quod ex vi ipsius concessionis extendatur ad alias ciuitates, imo est localis terrarum ciuitatum inferius specificatarum, licet quo ad ipsas ciuitates faciat ius commune, vt patet statim in §. volumus. secundum Odofred. Porro etiam locales consuetudines quo ad locum ipsum dicuntur ius commune, vt in cap. cum venisset. de eo qui mit. in pos. causa rei seruan. & est ratio quia iure communi confirmatur. vt ff. de iustit. & iure. l. omnes populi. Porrò consuetudines confirmatæ sub certo modo & forma non valent, nisi sub illo modo & forma. C. de testa. l. fina. quas princeps tacitè confirmare videtur eo ipso, quòd sunt tolerabiles. C. de re militari. l. tam collatores. libr. 12. C. de agric. & censi. l. domini prædiorum. C. de fundis limitrophis. l. 1 & l. quicunque. & l. fin. C. de iure fisci. l. super creandis. & C. de vendendis rebus ciuit. l. 1. Contra, malæ consuetudines tanquam abortiua statuta non conualescunt tempore, vt in authen. vt nulli iudi. §. nulli verò. Vnde dicit imperator consuetudines tunc tenent cum nostris non repugnát legibus. in authen. de vsuris nauti. §. fina. & ibi not. Et ideò contra concilia generalia, quæ seruanda sunt vt euangelia non tenet consuetudo, vel contraria constitutio, vt not. in capi. cum laicis. de reb. eccles. non alie. in nouella. & capi. nulli eo. titu. in nouella. Vnde non valet statutum vel consuetudo de præstandis vsuris, quia est contra concilium, vt not. C. de vsur. auth. ad hæc. Sed nunquid valet sententia lata contra consuetudi-

Ad hoc Bar. in l. 1. ff. de dá. in fect. Et ad de Inn. de c, mo. c. dilectus in gl. possessorum.

suetudinem ? uidetur q sic, quasi contra factum lata. nam consuetudines facti sunt, tamē potest appellari. Iste uidetur casus no. in. d. c. cum uenissct. nā cum de ea non constet sine probationibus: merito dicitur in facto consistere. articuli uero iuris dicuntur illi, sup quibus sine probationibus facti, statim potest pronuntiari, ut no. cap. ad decimas, de restitu. spo. in nouella. sed super facto non potest pronuntiari, nisi examinetur factū ut C. de ueteranis. l. prouidendum, & C. de hære. instit. l. cum proponas.

a Intus & extra. Nota iam eandem quàm aliā esse posse consuetudinem intra ciuitatem & extra. i. in urbe & in comitatu, ut hic & C. de te.[l] l. fin. ibi, in priuilegio. i. in consuetudine priuilegiata. Cōsuetudo priuilegiat aliquē, sicut principis priuilegium. Nam cōsuetudo uice principis fungitur de uerb. signi. c. super quibusquam §. præterea Et colliget hic quod sicut per rebellionem contra principem perduntur priuilegia. ita cōsuetudines priuilegiatæ, quod tene menti.

ferunt. arg. ff. de condict. & demon. l. quamuis, & quod no. ff de iureiurand. l. cum qui. §. in popularibus. arg. contra. ff. man. l. idemq;. §. si procurator. Sed ibi mandatori non imminebat explicatio negotij: hic sola electio personarum: quia nihil faciebant nomine eligētis: sed nomine dominorum. & sic nō obstat.

tus & extrà a & in cæteris, quæ ad commoditatē spectāt ciuitatum.

Volumus ut regalia, b quæ uobis non concessimus, in hunc modum cognoscantur per episcopum loci: & homines tā de episcopatu, quàm de ciuitate eligātur uiri bonæ opinionis, & qui ad hoc idonei esse credantur c, tales qui nec cōtra ciuitatem, d nec nostrā maiestatem priuato uel speciali odio teneantur: qui iurent, quòd bona fide & sine fraude perquirent: & inquisita consignabunt ea quæ specialiter ad nostram e excellentiam spectant. Si autem huic inquisitioni supersedendū esse putauerint: censum duorum milium marcharum argenti per singulos annos petimus. Attamen cōpetenti moderatione moderabimur etiam quantitatem istam, si enormis uisa fuerit. Si quis autē super ijs, quæ uobis concessimus uel pmisimus, siue in ciuitate, uel extra ciuitatē, querimoniam apud maiestatem ipsam deposuerit: eius q̄rimoniam non admittemus, f & silentium ei imponemus. hoc qd̄ nos, g uel noster antecessor rex, h uel imperator episcopis, ecclesiis, i uel ciuitati-

d Contra ciuitatem. Nota argu. q bonus ciuis est, qui patriæ iura tuetur: & ille est ad regimen eligendus. non autem qui est contra patriā. Odofr.

e Ad nostram. siue ratione imperij, siue ratione patrimonij, cum omnia principis esse intelligantur siue fiscalia, siue patrimonialia sint, ut C. de quadri. præscrip. l. bene à Zenone. Odofr. qd̄ dic, ut in princ. Digestorum. l. omnem.

f Non admittemus. Nota q non debet quis audiri. contra illud qd̄ facit princeps ex certa scientia: imo debet sepeliri, & imponi ei perpetuum silentium Nam dixit lex, quis tantæ superbiæ fastidio, tumidus est, ut regalem statum reget ? ut C. de legi. & consti. l. fin. & l 2. C. de cri. sacri. Et no. hic de silentio imponendo etiam lite non contestata. s. non audito petitore. ff. de alea. l. 1. § quod autem. Si statutum dicit, talis non audiatur, an ualeat sententia pro eo lata ? dicit Ia. de Are. quod non. quod uerum est, si est talis, quòd habeatur pro mortuo ut bānitus, uel iudex dolo procedit. ut d. l. 1. §. quòd autem de alea. quia ille qui procedit in contemptum legum, uidetur procedere errore iuris expresso. & uide. l. 1 C. de her. instit. per Cy. Sed qualiter potest imponi silentium ei, qui non auditur ? Resp. quòd non auditur pro se, sed contra se. ff. de postu. l. quos prohibet. ff. de procu. l. filius. §. ueteranis. & uide quod not. de offi. deleg. cum super spatia, in nouella.

b Volumus ut regalia. Istud uerbum uolumus, ostēdit hanc legem esse: quia quicquid principi placet, legis habet uigorem, ut C. de consti prin. l. 1. in princ & inst. de iure nat. §. sed & qd̄ principi. & ff. de orig. iur. l. 2 § nouissima. & sic contractus principis transit ad statutum legis, ut ff. de publi. l. Cæsar. Item probatur ex eo, quòd Imperator uult eam per uniuersos populos diuulgari, ut s. eo circa prin. ibi, ea propter. &c. quod quidem indicat ut sit lex, ut C. de leg b. & consti. prin. l. leges sacratissimæ. quæ nobis concessa non sunt. quia non omnia regalia fuerant concessa, sed demū ea, quæ longa consuetudine erant possessa: & illa non in proprietate, sed in fidelitate Nota ergo, quod si est quæstio, quæ fiat concessa, & quæ remaneāt concessori, debent eligi boni uiri bonæ opinionis ad hoc idonei, non suspecti qui iurent, quòd bona fide, sine fraude perquirent, & cōsignabunt cuiq;, quod se contingit: qui tex. est ualde no De iuramento facti quod not C. de secundis nup. l. hac edictali. § is illud. Et ad saluandum illos iurantes de periurio, scias quod in omni iuramento sufficit uerum dicere secundum conscientiam, ut no. in c. præsentium. de testi. in nouella. Nota quòd super controuersia inter principem & subditos, eliguntur arbitri. & hoc per istam pacem: aliàs potest princeps ubique citare subditum, & ipse cognoscere, ut. l. proxime. ff de ijs, quæ in testamento delentur. & C. ne quis in sua. l. 1. per Cyn. ff de her. instit. l. hac Tyberius per Cy.

c Idonei credantur. quo casu etiam si malè fuerint uersati, non est quod imputetur eis, qui elegerunt, ut ff commoda l. argentum, & ff. de rei uen. l. si à bonæ fidei. Odofr Ex hoc sume arg. quòd iudex non facit litem suam ex eo, quod arbitris se electi malè pronūciauerint: quia quod bona fide fit, bene fieri cen-

g Hoc quod nos Hic dicit, quòd concessa priuilegia ecclesijs, episcopis, ciuitatibus uel alijs quibuscunque psonis clericis uel laicis per antecessores suos, uel se, uel Henricum filium suum, & regē Romanorum, firma & rata permaneant. Accur.

h Rex. s. Henricus filius istius Friderici, secundum Odofr. Hic ergo est expressum, quòd rex Romanorū etiam ante coronationē potest cōcedere priuilegia. Iste enim Henricus non erat coronatus Imperator, quia pater uiuebat. pro hoc not. C. de quadri. præscri. l. bene a Zenone, & ibi per Cyn. dicit Host. qd̄ uidit in Alemania per principes iudicari & teneri, quòd rex Romanorū post electionem concordem habeat omnem potestatem, quam Imperator: nec unctio aliquid addat, licet Hostien. sit in cōtraria opinione, ut no. extra de uerbo. sig. super quibusdam. in nouella. sed quicquid dicat Hostien. prima opinio seruatur. & est ipsa ueritas. Opinio autem Host. posset habere locum, quando esset electus in discordia.

i Ecclesijs uel episcopis. Ex ista alternatiua uidetur probari quòd id, quod conceditur episcopis, sit eo-

i i rum

bus uel alijs quibuscunque personis, clericis, uel laicis ante tẽpus guerræ dedit, uel quolibet cõcessionis titulo cõcessit, firmum & ratum habemus: saluis superioribus cõcessionibus, ut pro eo solita nobis seruitia exhibeantur: sed census nõ præstetur. Cõmoditates, quas pro bono pacis [a] ciuitatibus cõcessimus in ciuitatibus uel extra: illorum regalium nomine non intelligimus, pro quibus census debeat præstare.

PRiuilegia omnia, [b] & data, & concessiones, quæ in priuilegium, uel damnum ciuitatum, uel locorum, uel personarum societatis occasione guerræ in alicuius iniuriã [c] prædictorum à nobis uel nũcijs nostris indulta sunt, cassent, [d] & in irritũ deducãt [e]. In ciuitate [f] illa, i qua episcopus p priuilegium imperatoris, uel regis comitatum habet, si consules [g] per ipsum episcopum cõsulatum recipere solent, ab ipso recipiãt, sicut cõsueuerunt recipere: alioqui unaquæque ciuitas à nobis consulatum recipiat. Consequenter uerò in singulis ciuitatibus consules constituentur à nuncio nostro, qui sit in ciuitate uel episcopatu: & inuestiturã recipiẽt: & hoc usque ad quinquenniũ. finito [h] quinquennio unaquæque ciuitas a nobis recipiat, & intra quinquennium à nuncio nostro, sicut dictum est, nisi in Lombardia fueri-

rum proprium, quod etiam innuit uerbũ dedit: quod est per quod patet dominium esse translatum in episcopum, cum dare, sit accipientis facere, ut in institut de actio. §. sic itaque. dummodo eis contemplatione ecclesiæ non detur, nam tunc ecclesiæ uidetur esse concessum, ut ff. de dote præle. l. cum quis uer. nam & si quis.

ADDITIO.

De hoc habes tex. notabilem in c. fin. de capit. Conradi. col. 10. ubi omnino uide: & adde quod no. in. extra de test. ca. cum in officijs. & hoc si talis est episcopus, qui possit habere propriũ aliãs de necessitate acquiritur episcopatui. xviij. quæst. a. statutum.

[a] Pro bono pacis. Nota id quod factum est pro bono pacis, ratum debet haberi, ut ff. mandati. l. creditor. §. 1. Ita tamen, quòd nõ sit contrarium iuri diuino, uel impossibile de iure: ut extra de præbẽ. ca nisi essent. & ibi dicit tex. quòd laudum † arbitratorũ propter bonum pacis tenetur æquitate naturali. Etiam not. quòd in arbitris, & in arbitramentis bona consuetudo est seruanda. extra de causa poss. cum uenisset.

[b] PRiuilegia omnia. Nota ex isto textu, quod si bona rebellium tempore rebellionis alijs suis concessa personis, facta pace sunt reddenda prioribus dominis. textus est hic ualde notabilis: ita quod ipsa pax non habet uim simplicis indulgentiæ, sed restitutionis in integrum. quod tene menti.

[c] Iniuriam. Sed quomodo potest princeps concedere aliquid in iniuriã alterius, ut C de preci. impera. offer. l. secunda, & l. rescripta, & le. nec damnosa: & ff. de iustitia & iure. l. iustitia. in princ. & §. iuris præcepta. & C. si cõtra ius uel util. publi. l. fi. & C. de neg. ... bus pu- blic. s. l. præscriptione ? sol hæc causa guerræ fuerunt concessa, & contra rebelles imperij: nec est hoc nouũ secundum Odofre. Ex quo nota quòd rebelles sunt extra legis protectionem. uide. C. de natura. lib. l. s. per Cyn.

[d] Cessentur. Nota, quòd sublata guerra tollitur omnis eius effectus secutus propter guerram. sic J. eodẽ. §. finem quoque. Odofre.

[e] Et in irritum deducantur quòd dicit cassent. intelligas ipso iure: quod aũt sequitur, in irritũ, intelligas ipso facto. Odofr. Et sic no. quòd uerbũ cassentur, tunc iunctum cum uerbo irritentur, signat ipso iure. nõ enim requiritur hic alia sententia, licet tex. utatus uerbo futuri temporis. quod est notabile.

[f] In ciuitate. hic dicit, quòd si episcopus per priuilegium Imperatoris uel regis est comes alicuius ciuitatis quòd cõsules siue decuriones debẽt inuestiri de ipso cõsulatu per ipsum episcopum, sicut fuit hactenus obseruatum. aliàs in qualibet ciuitate consulatus recipitur authoritate Imperatoris, & inuestiunt cõsules per nuncium ipsius imperatoris. item dicit, quod de quinquennio in quinquennium quælibet ciuitas mittat ad Imperatorem pro inuestitura iurisdictionũ renouanda ac priuilegij eligendi sibi cõsules: qui iurabũt ipsi Imperiali nuncio, & per ipsum ingrediẽtur officium. & idẽ dicit in successoribus suis obseruandum. No. quòd multi sunt episcopi qui habent ciuitatem, & iurisdictionem temporalem ab Imperatore uel rege. Quæro igitur utrum isti episcopi teneantur coram Imperatore uel rege comparere non solum quo ad consilium, sed etiã quo ad auxilium si sint cõuocati? Rñd. sic: non tamen possunt personaliter distringi, ut not. in cap. 1. de ele. coniuga. in nouella. Baldus.

[g] Consules. de iuramento consulum dicitur extra de iureiur. ca. uenientes. & no. in Speculo de iureiurã. ubi etiam nnt. de multiplicibus iuramentis.

[h] Finito. hoc hodie non seruatur: imo totum contrarium fit: sed nunc est nis: cum ex priori inuestitura perpetuo inuestiti intelligantur, & non ad tempus, ut s. e. tit. §. nos Romanorum, in prin in uerbo, in perpetuum. Odofr. Mittit. s. nuncium. hic dicitur simplex nuncius, quem uulgo Italici appellãt syndicum, & habent incipere uerba hoc modo. Ego domine Friderice Romanorum Imperator à uobis inuestituram recipio communi Bono & mihi recipienti nomine & uice cõmunis Bo. lege te stante. ff. de cnostit. pec. l. qui autẽ. § si. & l. licet, & per hunc syndicum acquirit ius inuestituræ cõi Bon. ut ff. de consti. pe. l. cum qui §. si actori municipũ. Vniuersis enim redditus, quod pro uoin qm nin p smatib. indulgetur, ut C de aduo. d uer. iu. l. sestilleoda. O lpsi. Dicitur autem syndicus secundũ gl. quasi singulorum causas uno cõplexiun nomine dicens. Vel secundum Nicolaũ furiolum, qui fuit discipulus Ioannis, dicitur syndicus [*] quasi plurium simul causam dicens, & si plures sunt creati syndici ab uniuersitate, gesit publicã personam. & uidetur quod habeãt mandatũ in solidum. arg. ff. de admi. tu. l. decreto, et l in ijs, quæ requiriunt speciale mandatum, ut ff. de iureiur. l. si. duarãdu & ad peenoias. §. defensos. & per Iaco. de Are. C. etiam per procuratorẽ causam in integ. rest. agi pos l. 1. Sed iu . . . est dicere, quod in requirentib. speciale mãdatũ debeat syndicus speciale mandatũ habere, uel generale cum liberis et not. in cap. præsentium, de test. lib. vj in nouella illud est no. dignum, quòd qui mittit nuncium, uult obligari per seipsum, non per aliũ: & ideo potest reuocare nuncium eiam, sed ille qui procuratorem mittit, uult obligari per alium, & non per seipsum, ut legitur & nota. C. si quis alteri uel sib. l. multum. itaque transferet consensum suum in procuratorem

† Recta titletur lectio. Laudum arbitratorũ propter bonum pacis tenet æquitate naturali. Pet. Vend.

Cassari uerbũ iunctũ uerbo irritari quid importet.

[*] Syndicus, uox Græca cõmunẽ defensorẽ indicans à uerbo Græco συνδικεῖν quod est adesse, patrocinari ac defendere & in cõi causa patrocinium suis afferre, quo fit ut σύνδικος simul index, qui que eandẽ causam defendit, dicatur. Nã ut ait Bu. qui ex singulis urbibus mittũtur patronis ad uarios prouinciæ eu ã sic dam. syndici dicuntur.

catorem: nec ualet reuocatio, nisi in notitiam deducatur, ut nota. in capitu. ultim. de procu. libro sexto, in nouel.

a A nobis. & non a nuncio. & hoc, si principi placuerit, ut j.e.§. & si qua. Odofre.

b Eadem obseruentur. hoc ouit dicere litera ista quòd idẽ seruetur in personam successoris nostri, quod in nostram personam ordinamus: sic. C. de quadri. praescrip. l. bene à Zenone. ibi, siue ab alijs qui postea &c. & hæc forma datur subditis erga successorem, salua semper authoritate successoris, cui non potest antecessor imponere legem, ut C. de legibus, lege, digna uox.

mus: tunc enim a nobis [a] recipiet. Eadem obseruẽtur [b] ĩ successore nostro. Et oẽs inuestituræ gratis fiant. Cũ aũt nos impera

c Diuina uocatione. Deus enim in hora mortis nos uocat de temporali seculo ad perpetuum: Odof. et si quis sua morte moriatur, sed gladio dicitur mors Dei iudicio prouenire, ut nota institu. de cap. dimin. post princ. & in Euangelio, Sciens quæ uentura erant super eum.

d Concesserimus. hic primo attende, utrũ imperium iure hæreditario transferatur, uel nõ. Secundo quis eligat principem, & quis possit eligi princeps & ex quibus debeat eligi. Circa primo in pro & contra allegabimus: deinde quod uerius uisum fuerit nobis, eligemus. Videtur quidem primo imperium successione deferri hoc autem litera ista manifestè innuit. Nam iste Frider. qui nunc uiuit, Henrici filius fuit, de quo Henrico hic loquitur, qui quidẽ Imperator fuit. ar. de hoc C. de sun. patri. l. his quibus, & insti. de dona. §. sed primus quidem. & in authent. ut defun. seu funera. §. si uero etiam moriente. & est argumen. ad hoc quod hic dicitur, in decretis liij dist. ca. in synodo congregata, & xxiij. dist. in nomine domini ubi dicitur, quòd princeps potuit sibi eligere successorem, ut & hic uidetur. Contra autem uidetur, quod ex electione non ex successione imperium deferatur his rationibus. Primo quia imperium habere, in fortuna est, ut C de uete. iur. enu. l. 2. §. sed quia diuinæ. & in authent. de consu. in fin. Vnde dicitur, Si fortuna uolet, fies de rhetore consul. Si uolet hæc eadem, fies de consule rhetor. & a Deo hominibus detur, ut C. de offic. præfec. præto. Afr. l. in nomine domini, in prin. & in authent. quomodo oporter episcopos, in prin. C. de quadri. praescrip. l. fin. in fin. & in authent. ut iudi. medio iu. non fiant § si C de offi. ma. mil. l. ul. in prin. & in auth. de fide instru. § 2. C de uete. iure enu. l. 1. in prin. & in auth. de consul. in fi. & in Lombar. de prohibita usu. l. quoniam nobis, in prin. & supra de prima eccl. l. si in prin. & quia episcopus eligitur, ut in authen. de sen. episc. § 1 & 2. & 3. C. de episco. & cle. l. si quẽquam, & omnis dignitas & omne officium, ut ff. de decre. ab ord. fa. l. 1. item & aduocatio successione non defertur, sed electione, ut Lombar. de aduo. & uice domini l. singulis. Et remotis omnibus iur. ambagibus, ego puto imperium electione deferri, & non successione, extra de elect. c. uenerabilem §. insuper si prædictus rex. extra de pact. cap. accepimus. Non obst. quod hic dicitur. nam si quis rectè inspiciat, nusquam hic dicitur successione deferri, sed dicit posse concedi, & sic concordat in decretis. xxiij. dist. in nomine domini, & lxiij. dist. in synodo congregata. Sed illi qui ita eligunt, authoritatem eligendi ab apostolica sede acceperunt, examinatio tamen, promotio, unctio, consecratio, coronatio, manus impositio ad dominũ Papam spectãt, ut d. c. extra de ele. uenerabilem. §. 1. & 2. Vnde dominus Papa ex causa poterit principem deponere, ut in decre. xv. q. vj. c. alius itẽ Romanus pontifex &c. & in authen. de defen. ciui. §. nõ habente, & in authen. de colla. §. & hoc custodiri, & argu. ff. de regu. iur. l. eius est nolle, & argumen. C. de offi. præfec. præto. l. si quis, & in authen. de manda. princip. §. festinabit. & in Lombar. de offic. iudi. l. fina. cum imperatores iuret ei fidelitatem, ut in decre. lxiij distin. c. tibi domino. & quod non transmittat ad posteros, habes ualidum argumen. C. de aduoca. diuer. iu dic. leg. petitionem. Quis autem eligit principem, posset quæri. ad quod dic,

tor diuina uocatione [c] decesserimus, uel regnũ filio nr̃o cõcesserimus, [d] simili modo a filio nostro uel eius successo[e]

eliget senatus C. de offic. præfi. l. 2. & ex senatoribus, cum in numero eorum connumeretur, ut C. de digni. l. nulla senatorum, lib. xij. cum senatores sint pars corporis, principis, ut C. ad legem Iul. maie. l. quisquis, quare & legẽ facere possunt, ut & princeps, ut ff. de le. lege non ambigitur. & quia præses creatur ab ordine & in eorũ ordine remanet, ut ff. quando appellan. sit l. 1. § solent. Vel dic, quòd a principibus populi suffragio, ut institut. de iure natura. i §. sed & quod principi & argumen. de offi. quæstu. lege 2. in princip. uel ab eis sine populi suffragio, authoritate tamen apostolica electione eis concessa, ut supra, notatum est. [e] Vel dic quòd eligitur ab eis, qui soliti sunt eligere. Sunt enim certi nobiles qui authoritatem & priuilegium ab apostolica sede habent principem eligendi, & illi eligent, & nullus alius debet electioni interesse, ut in Lombard. de pontificibus. lege 5. Posset autem dici, quòd quilibet posset in principem eligi in quem eligentes consenserunt, sed tamen prius uidendum est utrum electus imperio sit dignus, ut C. de quadrien. præscrip. l. bene a Zenone, ibi siue ab alijs &c. Qui enim indignus est inferiori ordine, indignior est superiori, ut ff. de senatoribus lege, qui indignus. Vnde de dignioribus est eligendus. nec dedignentur alij milites, comites, & barones, qui non sedent in tam alto cubiculo, quoniam potentioribus pares esse non possunt, ut ff. de alie. iu. mu. caus. fa. lege 2. circa princip. Vnum tamen nõ omitto, quod imperium semper est licet desit esse eius gubernator, ut in authentic. quomodo oporter episcopos & ceteros. §. quæ igitur. C de officio eius qui uicem alteri. ger. l. 2. Odofred. Dicit Iac. de dño Ardizo. Verõ. in summa sub tit. de succes. imperij quòd olim principes poterant sibi eligere successores: ut in decretis. lxiij. dist. In synodo congregata, & xxiij di. in nomine domini: in medio. Sed hodie quidam principes eligunt Imperatorem, qui potestatem eligendi ab apostolica sede acceperunt: sed examinatio, promotio, unctio, coronatio, & manus impositio ad dominum Papam spectant, ut extra de elect. c. uenerabilis. §. 1. & 2. & dominus Papa ex causa ipsum poterit deponere, ut in authentic. de defen. ciu. §. non habente. & de forma fide c. alius, & ff. de regu. iur. leg. eius est nolle ar. C de offi præfe. præto. l. si quis, in authentic. de col. § sed hoc custodiri. & in authentic. de man. prin. §. festinabit. & in Lombar. de offic. iudi. l fin. quòd successione deferatur, est arg. C. de sun. patri. l his quibus, & insti. de dona §. sed primus quidẽ & in auth. ut defuncti seu funera § si uerò etiam. Nam & imperator Carolus fuit pater Pipini: Imperator Pipinus fuit pater alterius Caroli imperatoris: & iste Carolus fuit pater Ludouici imperatoris: & Ludouicus fuit pater Lotharij imperatoris, ut in Lombard. de succ. lege, cuiuslibet. de episcopis, & clericis. ubi pro tempore. & de capitulis per legem tenendis, lege prima. Nam & imperator Fridericus uidetur innuere in pace Constantiæ in. §. in ciuitate illa, in fin. quòd potest concedere regnum eius filio Henrico, & quòd eius filius ei in regno succedat, sicut de facto fuit & iste Fridericus Rogerius imperator fuit filius Henrici.

[e] Tu uide in. c. uenerabilẽ, de elect. & e. ad apostolicæ, de re iudi. li. vj.

Sed in d. cas. quod hoc cōtingit potius electione principū: quā in successione. ista sunt formaliter uerba Iac. de domino Arduo. & hoc ultimum uerbum firmum est ipsa ueritas, & ita seruatur & de facto de rege Vuenzesslao filio Caroli imperatoris. Nominatur electorum. Et nunquid principes seculares, ad quos pertinet electio, possit papa priuare potestate eligendi: & an propter eorum negligentiam Papa solus posset eligere imperatorem? dic ut not. de re iudic. c. apostolicæ. lib. vj. & quod not. ff. de leg. l. non ambigitur, per gl. & Cyn.

re inuestituram recipietis. a

IN causis b appellationum si quantitas uigintiquinque librarum imperialium summā excesserit, appellatio ad nos fiat: saluo iure & moribus Brix. ecclesię in appellationibus: ita tamen, ut non cogantur in Alemaniam ire: sed nos habebimus proprium nunciū in ciuitatibus uel episcopatu, qui de ipsa appellatione cognoscat: & iuret quòd bona fide & sine fraude causas exa-

a Inuestituram recipietis. Certum est, quòd regnum Siciliæ est ecclesiæ Romanæ. Pone ergo quòd regno uacante Papa contulit plures comitatus regni pluribus comitibus in feudum: deinde creauit ibi regem: quæritur, an illi comites teneātur regi facere fidelitatem tanquam ipsius uasalli? & dicit Odof. quòd est hic casus quod tex. uerba Odof. hæc sunt, hic habes expresse, quod in generali feudi alienatione, quam facit princeps, continentur uasalli, quod est contra id quod legitur, si de feu. ua. fuerit interpellatus. c. in generali. Sol. uerū est, nisi dicatur expressim: & hic satis expresse dicit. Vel solue, quòd nō habet successor ius istorum uasal ex concessione ista, sed ideo quia princeps. & fa. ff. qui. mo. pig. uel hypo. sol. l. sicut. §. illud. & ius istorum uasallorum acquisitū est imperio, & ea quæ fiscalia sunt, principis esse intelliguntur, ut C. de quadri. præscri. l. benè a Zenone. & sic nō ob. dictum. c. in generali. Odof. ex hoc infero, quòd cū dicti comitatus sint de territorio regni, quòd uidētur iurasse fidelitatem Papæ tanquā regi: & idō regno transitio regē sequūtur, sicut mēbra sequuntur caput suum, a quo discedere nefas est. Item intentio particularium sumitur pro uniuerso.

b IN causis. no. hic quòd appellans Italicus nō tenetur ire in Alemaniā secundū istā pacem, sed imperator debet habere iudicem appellationū in Lombardia a 25. lib. imperiallum ā. qui cognoscat & definiat: & iste iudex debet præstare iuramentū quod bona fide causas examinabit, & definiet secundū mores & leges illius ciuitatis intra duos menses a contest. litis, uel a tempore appellationis receptę: nisi iusto impedimēto uel cōsensu utriusque partis remanserit. hęc sunt uerba literæ multum notabilia. Et primo no. quod ubi maior est quantitas, imperialis debet statuere authoritas, ut C. de ope pub. l. si quando, & dicitur hic maior quantitas a 25. libris imperialium supra: sed de iure communi aliter taxatur, ut C. de ap. l. in offerendis. & l. præ. ipsimus. Secundo no. de iuramento quod debet præstare iudex appellationū. Tertio no. quod iudex debet iurare quòd feret sententiā secūdum leges & consuetudines illius ciuitatis. & alias dicit lex: iudex sententiam proferat legibus & moribus cōsonantem. In auth. ut cum de ap. cog. §. 1. C. de adsti. prima. l. si ss. C. quæ sit longa consue. l. 1. C. de sen. & interlo. om. iu. l. nemo. Tertio si est quęstio de processu, seruabitur consuetudo primi fori. si de re uel causa, seruabitur per iudices appellationis illud ius, quod primus iudex debebat seruare: quia id quod debebat secundū iustitiam causæ & fori facere primus iudex, debet facere iudex ap. quia ei succedit ut confirmator uel reformator: & ideo quia nō est iniquū, sed æquum iudici a quo, non grauat partem, & sic a non grauamine iniuste appellaretur, ut in dicta authen. ut cu de ap. cog. in princip. saluo quod ex non actis nouum potest ferre sententiam, & etiam ueterem custodire. ff. quòd

cum eo. l. Titianus. Quarto no. quòd hic statuitur tempus duorum mensium ad causam appellationis decidendam: sed de iure cō. statuitur annus, ut C. de tempo. appell. auth. eiqu. Sed quæro, nunquid elapsis duobus mensibus appellatio sit deserta? & uidetur quod non: quia certa duorum mensium uidetur præfixa cognitori, non persecutori, quia uerba diriguntur iudici, & nō appellatori: iuxta nota C. de iudi. l. properandum, in prin. in contrarium dico: quia isti duo menses succedunt loco anni. Nam quia constitutio duorum mensium facit mentionem, tacitè uidetur prohibere, ne ultra tempus fiat. arg. ff. de leg. 2. l. statuliberum. §. sinchum. Item tacite hoc colligitur ex litera. ubi cōsidera, quod aut tempus apponitur iudici cum pœna: & tunc debemus esse contenti pœna. aut sine pœna: & tunc ut aliquid operetur temporis appositio, uidetur appositum ipsi liti & causę. Præterea quid diceret litera, nisi iusto impedimento uel consensu, &c. si duraret ipsa appellatio & eius uigor etiam post duos menses? item ex eo quod dicitur de prorogatione tēporis per consensum partium, appparet manifestè, quod sine prorogatione deserta est appellatio, & hoc tenet Odof. Sed quæro, quare litera dicit, a contestatione litis uel tempore appellationis receptæ? Respon. uult dicere, quod si appellatus uel appellans noluit litem cōtestari, iudex potest habere litem pro conte. ut C. de temp. ap. l. si. §. illud. & ex tunc current tempora duorum mensium. de iure autem communi, quando incipiunt currere tempora appellationis prosequendæ, dic ut in auth. de iudicibus. §. appellationes. Quinto nota, quod tempora assignata per statutum possunt prorogari per litigantes, & hoc quando tempus est breue: quia præsumitur appositum fauore litigantium & etiam fauore sententiæ, & ideo post terminum legis uel prorogatum, sententia est rata, & appellatio est deserta: quod est no. & idē in tempore statuto super reductione arbitramētii. Nā intelligitur statutum fauore arbitramentalis sententiæ latæ. sed in lege properandum, non est ita: quia ibi nulla procedit sententia, cuius fauore uideatur statutum. Idem quod in sententia seruabo in instrumētis guarentigiæ habentibus uim sententiæ per statuta Tusciæ. Bal. In tex. ibi, uel a tempore. hic alternatiue loquitur. nā in causa appel. iudex potest ferre sententiā & ante litem contest. si uult, ut C. de tem. ap. l. si. §. illud. & no. quod quicquid iudicis potestati permittitur. id iuris necessitati subijcitur, ut ff. de iudic. l. non quicquid. ibi, impedimento. & hoc probari fuerit, ut C. de temp. ap. l. fin. illud. Quid ergo si nō iudicet intra tempus statutū, an potest postea iudicare? Rūd. non. & si iudex tulit postea sententiam, sententia non ualet, & ex ea solutum repetitur: nam expirat iudicij instantia, ut C de iud. l. properādum. § huius, & §. si. ubi de hoc plenè. aduerte tamen, tota die clamant quidā, perierūt acta, & expirauit iudicij instantia, ut C. de iud. l. properandum. Sed certe qui ita diffusè allegat, idiota est. nam non omnia acta pereunt. dic ergo lapsu temporis ea acta perire, in quibus non imminet magnum periculum: Sicut est de libelli oblatione. forte enim uel sine forte melius formabis nunc quā primo fuerit formatus, uel saltem ita bene. Itē denuo lis debebit contestari, & in hoc etiam nō uertitur magnum periculum. Item peritiacamen uim calumniæ, unde iterū iurabitur de calumnia. acta autē in quibus uertitur magnum periculum, ut sunt confessiones, & te-

stium

ba

stium attestationes nõ pereunt, nõ enim pereunt cõfessiones: quia potest esse, q confessus est litigator in prima instantia iudicij aliqua, quæ sunt contra eum, & nunc pœnitet, modo in alio iudicio non confitetur, q ea confessio agnita sibi præiudicium generaret. Item attestationes non pereunt: quia potest esse quod testis non ita recordatur modo sicut & tunc, cum memoria hominum labilis sit vt ff. de proba. l. si arbiter. & ff. ad Carbon. l. 3. §. duæ. Vnde quia in his magnum est periculum: ideo dicendum est, quòd non pereunt. nam probationibus singulis est subueniendum: vnde facultas probationum non est angustanda: vt C. de hære & Manlehgis. l. quoniam in fine. cum occasione defectus probationum sua reddi non valeat: vt ff. de testa. tut. l. duo sunt Titij, & quia acta vaiios causæ in alia valent: vt C. de arb. l. pe in fi. & C. de re iud. l. fi. & de liber. cau. l. iubemus. de testi. l. fin. Odofr. De citatione an pereat? & videtur q non quia citatio causationem præscriptionem interrumpentem, vt C. de præscrip. xxx an. l. sicut. & l. fi. & malam fidem in possessore inducendo: vt ff. de peti. hære. l. ita vetunt. §. petitam. cum enim mala fides sit facti, nõ potest pro infecto haberi: vt ff. de cap. l. in bello § facta. In contrarium est glo ordi. C. de fruct. & lit. expē. l. litigator. Distingue ergo, aut citatio induxit suum effectum respectu actionis præscriptionem interrumpendo & talis effectus durat aut respectu officij mercenarij iudicis: & tunc in alia instantia nõ durat quo ad accessiones quæ officio mercenario veniunt in iudicio. & ita loquitur gloss. in d. l. litigator. vel dic vt ibi dixi. Quid autem de vitio litigiosi, an duret: dic vt no. in l. j. C. de præscrip. long. temp. & l. cum lite mortua. ff. iud. sol. Quod dictum est de attestationibus, intellige publicatis: secus si non essent publicatæ: quia non habent publicam authoritatem, antequam publicentur: vt no. ff. quæ in frau. cred. l. 3. §. gesta. Sed hoc videtur contra rationem s assignatam per dominum Odofre. nam ex quo testes solenniter deposuerunt in iudicio, illud quod est omissum de publicatione in primo iudicio, æquum est supplere in secundo iudicio, sicut testes qui non essent publicati in causa prima, possent publicari in causa appellationis. Ad hoc facit extra vt lite non conte. c. quoniam frequenter. Sed qui tenent primam opi. hac vtuntur ratione, quia publicatio testium fit officio iudicis mercenario, quod perit perempta instantia, quo ad ea quæ non sunt executa, sed exequenda, vt d. l. cum lite mortua. & ideo publicatio impossibilis videtur.

minabit, & definiet secundum leges & mores ipsius ciuitatis[a] intra duos menses à contestatione litis, vel à tempore appellationis receptæ, nisi iusto impedimento vel consensu[b] vtriusq; partis remanserit. Consules,[c] qui in ciuitatibus constituentur, tales sint, qui fidelitatem fecerint nobis, vel faciant ante, quàm consulatum recipiant.

Vasalli tanquã vasalli, & cæteri omnes tanquã subditi iurare debēt fidelitatem principi: nisi sint tales personæ, quibus iuramentum remittatur. Bald.

Vasalli nostri[d] à nobis inuestituram recipiant, & fidelitatem faciant, sicut[e] vasalli. cæteri oēs sicut ciues à sex-

sunt. ita intelligitur qđ not. in d. l. j. §. si quis apud eũ. ff. quod quisque iur. & ibi omnino vide Iac. Bu. Bar. & me. Aduerte tamē quòd si statuta tangerēt iurisdictionem principis, vt in causis appellationum, talia statuta non valerēt: vt hic, & extra de iureiur. c. venientes. Et est notã. q in cã appellationis ideo non habet locũ prorogatio iurisdictionis: quia causæ appellationũ sunt mixti imperij & pertinent ad authoritatem superioris: vnde & vtraque parte cõsentiente non possunt ventilari apud iudices incompetentes: vt C. de iud. authen. ad hæc. Sed nunquid tabellio de cõsensu partium sine præsentia iudicis possit recipere testium iuramenta & dicta nulla sibi facta per iudicem commissione? Respon. non: quia non reperitur, q tabelliones possunt recipere talia iuramenta: vt not. C. de testa. l. hac consultissima § pe. quod tene menti.

[a] Secundum mores & leges illius ciuitatis. Nota ex eo q dicit mores q licitum est cuilibet ciuitati habere cõsuetudines proprias. Et ex eo q dicit leges. no. q licitum est ciuitati habere propria statuta cõfirmata per præsidē prouinciæ. Sed si ciuitas sit sibi ipsi præses, sufficit q potestas ciuitatis cũ decurionib. faciat statuta, vel ciues eius accedēte authoritate superioris. nam cum facere statuta sit iurisdictionis & illa quantum ad actum exercitij sit in magistratibus, vt ff. de orig. iu. l. 2. § post originem, merito requirĩt magistratus, nisi alia esset cõsuetudo loci q possent dare iuri dõnem ipsis decurionibus sine magistratu, vt C. de diuer. offic. l. viros lib. 12. vel si ciuitas alia pro tempore illo careret magistratu, vt ff. de tut. & cur. da. ab his. l. vbi ab-

[b] Consensu. No. consensu partium prorogari tempora appellationis. ad qđ fa. C. de tem. ap. l. vlt. Odof. ēt si causa appellationis ventiletur per priuilegiũ vel speciale statutũ principis vt hic; quod est notabile. Bald.

[c] Consules. Consules non possunt ingredi consulatũ nisi iurauerint vel iurent fidelitatē, antequã cõsulatũ recipiant. hoc dicit. adde de cond. & demõ. l. Publius.

[d] Vasalli nostri. Recipiunt ergo hi inuestiturã tãquã vasalli, & iurabunt tanquã vasalli: & tale quidem erit eorum iuramentum vt cauetur ĩ. de forma fidelitatis. c. j. de noua forma fidel. ca. j. Cæteri autem iurabunt tanquam ciues, vt habes in d. c. j. de for. fi. & ĩ. eo c. in nomine. cui quidem sacramento adijcere debent qđ dicitur. ĩ. eod. § omnes. Sed an qui iurant tanquã vasalli, iurare debent tanquã ciues? videtur q non: quia hic dicit conclusiue cæteri tãquam ciues iurent. per qđ videtur innui q solum qui non sunt vasalli principis, iurent tanquam ciues. Sed hoc non innuitur, imo diuersum. s. q qui vasalli non sunt, iurent tanquam ciues, & non tanquam vasalli. Vnde pôt dici, q vasalli teneantur iurare & vt vasalli & vt ciues, cum separata sint facta, vt ff de cal. l. fina & C. de do. inter vir. & vxo. l. si maritus. Sed tamen vno sacramento quis iurabit & vt vasallus & vt ciuis arg. ff. de auth. tu. l. accipientis. Odofre. No. quòd qui iurat simpliciter, videtur iurare in omnem causam ex qua iurare tenetur. ff. de fideiu. l. si quis pro eo, § si nummos. Sed hic quæro an de periurio possit cognoscere iudex laicus? & dico q sic, vt not. in c. licet. de iureiuran. in nouel. lib. 6. nam istud est crimen commune vtriusque fori, vt in authen. de man. princ. § si vero canonicum. Quæro, quid si isti consules intrauerũt consulatum prætermisso iuramento? Respond. q a malo ordine intrauerũt, sunt extra mittendi, & etiam puniendi vt in l. j. § necessario ff. si mulier ven. no. & ĩ. de mil. vas. qui contumax est ca. j. § si vero, vbi dicitur, q malo ordine inductum debet reformari. certe nec in canonica possessione consulatus potest esse. nam in possessione canonica concurrere debet iuris adminiculum vt no. in c. ad decimas. de resti. spo. lib. 6. in nouel. & plene not. per Acc. in l. j in princip. ff. de acq. pos. in dubio tamen ex quo sunt publice in possessione consulatus præsumitur canonicum ingressum. & omnia solenniter acta ff. de officio præto. l. Barbarius.

[e] Sicut. Ista dictio quando que est aduerbium similitudinis, quandoq; aduerbium qualitatis, vt quando ponitur

decim annis vsque ad septuaginta: nisi tales personæ sint, quibus debeãt & possint sine fraude sacramenta remitti. Vasalli, qui tempore a guerræ uel treugæ non postulauerint inuestiturã, uel debita seruitia nobis nõ exhibuerĩt: hac occasiõe feudũ nõ amittãt. b Libellariæ c & precariæ

nitur pro tanquam, ut hic, & ff. de acce. l. si pater. § q à domino. & C. de hære insti. l. r. no. ergo de tãquam. sed nunquid rogatus tanquam tabellio uidetur etiam rogatus tanquam testis? uidetur q sic. ff. de test. l. Domitius nam nomen testis est generale & dic q respectu suæ scripturæ est tanquam tabellio, sed si scriptura nõ est solennis, poterit recipi ad probationẽ negotij pro teste, nõ ad supplectionem sui instrumenti, sed ad uiuam uocem, tanquam testis unius uicem gerẽs: ut C. qui test. fa. po. l. hac consultissima. §. fin. per Acc Cy. Iac. But. & alios ibi uideas. In tex. ibi, 70. hi qui supra hanc ætatem sunt merentur excusationem à tutel. ut C. qui æta. l. unica. uel a præstatione munerum personalium, ut C. qui æta. l. fi. lib. 10. Quibus autem personis debeat remitti iurandum, quæritur? & uidetur quòd solis seruis eum illi soli excipi uideãtur, ut j. e. c. in nomine, cir. fi. Sed certe & furiosi excipiuntur: cum pupillis similes habeantur, ut ff. de acqu. hær. l. pupillus. & est ad hoc qđ alias dicitur, furiosus a loco quiescentis & dormientis habetur, ut ff. de iure co. l. a. § furiosus, & C. ad Tre. l. fin. & ff. de iureiur. l. ubi non. § furiosus. Sed nunquid fœminæ iurabunt? resp. non, ut j. eo. c. in nomine circa fin. Item nunquid unus tantum pro domo? Respon. Imo omnes qui intra hanc ætatem sunt, ut j. eo. c. in nomine. cit. fi. Item excipiuntur clerici, ut C. de epi. & cle. l. cum clerici. & in Lombar. de aduo. & uicedo. l. quicunque. & l. quoniam. Sed tu dic, quòd imo iurabunt clerici: ut extra de iureiur. c. fi. Monachi autẽ & alium ordinem, non iurant, cum hoc ad eos non spectet. ut C. de epi. & cle. l. decernimus. ar. l. omnes & l. generaliter. Item quia pro mortuis reputantur, ut C. eo. l. fi. & in auth. de mo. § distribuuntur. & in auth. de mona. § illud. Odofr. Extra quæro, nũquid ille qui est in articulo mortis, possit tãquam testis examinari? & uidetur quòd non: quia mens mortis cogitatione turbata nõ ita bene memorari potest, ut C. qui test. fa. l. hac consultissima. §. at cum humana. & in teste est opus sciẽtia & memoria, ut ff. de fur. l. quidam tabularum. Contrarium dico, nam cum posset facere testamẽtum: ut ff de leg. 3. l. Pamphilo. §. propositum. ergo & esse testis. nam non minus est testari, quam testificari, ut ff. de te. l. cum lex. & etiam nos uidemus, quòd si lingua sit ingrossata propter infirmitatem, non tamen omnino præpedita, potest quia facere testamentum. ut C. de test. l. quoniam indignũ. in uerbo, semiuecis. & no. e. ti. l. iubemus. & puto quòd interrogatoria debent breuiari, ut nõ interrogetur nisi de substantialibus, & de his de quibus lex iubet expresse testam interrogari puta an sit odiosus nam odioso non creditur quantũcunque in infirmitate acceperit corpus Christi. arg. ff. ad Syl. l. si quis in graui. dictum etiam ipsius poterit reprobari de falso: quia non omnis qui moritur, est Ioannes Euangel. ut C. de test. l. uerba testamenti. De eo q moriens confessus fuit se mutuum, uel dotem recepisse: utrum hæres eius poterit opponere exceptionem non nu. pecu. dicit glossa quòd nõ: quia nequaquã moriens expectabat futuram numerationem. Ista est gl. singularis in l. r. C. de fal. causa adiect. legato.

Furiosus loco quiescentis & dormientis habet.

Nõ omnis qui moritur, Ioannes est euãgelista.

a Vasalli q tempore. Hic dicitur quòd uasalli q tempore guerræ non postulant inuestituram à domino, & non exhibẽt seruitia, eo quòd ciuitas eorũ ẽ in guerra cum illo domino: quòd nõ propterea perdunt feudum. qđ est no. dignum. Et nota q. ò l treuga magis accedit guerræ quàm paci: & quod de guerra & treuga idem est iudicium. Item nota quòd tempore treugæ nõ est tutus accessus. facit. c. pastoralis. de re iudic. in clem. & j. eod. §. sententiæ quoque.

b Non amittant. dicit Cato, Pugna pro patria. sic C. de abolitionibus. l. fallaciter. & ff. de iustit. & iur. l. ut uim. Iusta enim sunt bella, quæ fiunt pro patria defendenda, ut in decret. 23. q. 7. ca. si nulla. Odofre. Sed an guerra connumeretur inter casus fortuitos? Respon. sic, nisi tempore cõtractus potuerit prouidere quia tunc eui pæ connumeratur, ut ff. loc. l. ex conducta. §. si uis tempestatis. per Cy. qui allegat eo. ti. l. habitatores. §. ult. & ff. de damno in fe. l. qui bona § de illo quod tene menti. uerba Cyn. hæc sunt in d. §. si uis tempestatis, in uerbo, incursus hostium. Hic quæritur de quæstione facti, quidam conduxerãt à communi Pistorij certas possessiones per certum tẽpus, puta quinque annos, in exactor pro communi petit pensionem: conductores dicunt se non debere teneri, quia non potuerunt colligere uel colligi facere prædictas pensiones propter incursus hostium, qui morantur in castro sancti Lucæ. quæritur quid iuris sit? Ego distinguo: aut superuenit guerra & incursus prædictorum hostium post contractum locationis: & tũc remittitur pensio, ut hic dicitur. aut ante erat guerra. & tunc imputandum est eis qui sciuerunt conditionẽ & statum rei & non præuiderunt unde non excusantur à pensione ar. j. de dam. in fe. l. qui bona. §. de illo. & eius quod no. d. l. habitatores. §. ult Cy Sed quid, ecce materia erat præparata ad guerram: tamen nundũ erat mota guerra inter duos principes. fecerũt inter se treugam seu sufferentiã duorum annorum. Quæro, utrum elapso tempore sit necessaria diffidatio a ad hoc, ut ille qui aggreditur territorium alterius non dicatur esse latrunculator? & uidetur quòd non sit necessaria diffidatio. at. ff. de l. 2. l. statuliberum. §. stichum. Sed contrarium est uerum: quia ubi non procedit dispositio, ibi lapsus temporis pro se non habet dispositionem inducere. Item uerba quæ sunt ordinata ad negandum uel priuandum, non disponunt, ut ff de manumi. testa. l. Titia. §. fi. & ff. de hæredi. insti. l ex facto etiam agitatum. Sed si guerra præcessisset, ex priuato tempore sufferentiæ, ipso facto remanerent in guerra, nec esset noua diffidatione op°. ut ff. de pac. l. si unus. §. si cum reo, & uide quod nota. in c. pro humani. de ho. lib. 6. in nouel. &c.

a Tu uero quid diffidatio operetur & quis diffidatus dicatus, uide Ioã. And. in ca. pro humã. de homi. lib. 6. & Hos. in ca. felicis. de pœnis. co. ii.

c Libellariæ. Dicit quòd libellariæ & precariæ de feudis factæ per uasallos, in suo statu permaneat. i. in eodem habitu, ut ff de condi. ob causam. l. quòd seruus. secundum consuetudinem uniuscuiusq; ciuitatis. f. de societate Lombardiæ non obstante lege quæ diceret contrarium: & est imperatoris Friderici. Extra not. quòd libellariæ ecclesiarum & emphyteusis possunt per emphyteutam donari & legari saluo iure ecclesiæ, ut no. extra de loca. ca. potuit in nouella. Sed Bar. consuluit cõtrarium p l. uniuersas. C. ne sei dominicæ uel templorũ. Sed ibi loquitur, quando respectu proprietatis & non utilis dominij contractus in fraudem celebratur. & sic non ob. & fa. C de hære. insti. l. hæreditas. in uerbo, annonæ ciuiles. ibi, non obstante, quæ est de prohibi. feo. alie. per Frid. & sic collige ar. quod imperator dum concedit aliquod rescriptum quod sit contra legem aliquam, debet specificare legem, dicens nõ obstante tali lege: & tunc ualet, ut hic: alias non uidetur ualere, ut ar. ff de le. 3. l. si quis in princ. & ff. de adop. l. nam ita. Quid ergo si d cat generaliter non obstante. l. al qua uel rescripto super hoc indulto: an teneat hoc. quod quidam dicunt. Alij dicunt, refert utrum Imperator rescribat contra legem, an contra rescriptum. Si contra legem, tunc dicit tali lege nõ obstante. Si contra rescriptum, tunc generaliter sufficit dicere non obstante aliquo rescripto. & ita tenetur.

Ratio

in suo statu permaneant secundum consuetudinem vniuscuiusq; ciuitatis, non obstante lege nostra, quæ dicat, imperatoris Friderici damna[a] omnia & ablata, etiam iniurias, quas nos per nos & ꝑ nostros ab vniuersitate[b] societatis, vel ab aliquo de societate, vel coadiutoribus societatis sustinuimus, per nos cum nostra parte remittimus gratis, & plenitudinem nostræ gratiæ eis damus. Moram superfluam[c] in ciuitate vel episcopatu pro damno ciuitatis non faciemus. Ciuitates[d] mutare,[e] vel extra muniones facere eis licet. Item societatem,[f] quam nunc habent, tenere, & quoties voluerint

Ratio est, illa, quia facilius tolluntur iura positiua siue priuilegia quam iura communia: vt in auth. de non alie. aut perm. §. illud. Sed quid si ita dicat imperator concedo tibi priuilegiũ hoc non obstãte lege aliqua: & non obstantibus illis legib. quæ dicũt generaliter dictum non valere, nisi in casibus specialiter nominatis. & hoc dico per l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. & C. ad Velleia. l. iubemus? Respon. credo, quod teneat. argu ff. de lega 3. l. si quis in princ. & in authen. de testa authen. hoc inter liberos. & C. de tute co dic. l. diuus §. licet. Odofr. Illud est consideratione dignũ, quod licet princeps rescribat cõtra proprium statutum, & sic ex certa scientia, tamen cum approbat factum damnatũ, requiritur clausula non obstante. Idem si factum non est damnatum, sed est data ei forma vt requiratur hæc clausula C. de test. auth. hoc inter liberos. & ibi no & cod. tit. l. si non specialis. De clausula suppletiua de plenitudine potestatis scias, quod populus Romanus antequam transferret imperium ad Cæsarem, hæc clausula nũquam fuit vsus, nec in iure ciuili inuenitur hæc forma, nisi dicatur, & bene quod includitur sub illis verbis quicquid principi placet legis habet vigorem. ff. de const. prin. l. 1. & C. de legi. l. vlti. & adde quod Specul dicit, quod contractus feudalis, emphyteuticarius siue libellariæ conditionis eiusdẽ naturæ sunt vt ipse notat in Spec. de feu. §. quoniam ver quadragesimo circa fin & sic in solo nomine est discrimen: vt & alias, dicit lex. C de agri. & cen. l. definimus. Sed Spe. non dicit verum, nisi forte loquamur in feudo quarundam ecclesiarum Lombardiæ pro quo non pra statur seruitium, sed censos pecuniarius ad instar ficti, puta certa quantitas pecuniæ uel frumenti, uel aliud simile, ut una spalla porci, uel unum par caponum quolibet anno, quia ecclesia Lombardiæ non curat de seruitijs armorum: sed de redditibus bursatum. & ideo in talibus feudis puto, quod succederet mutus & surdos etiam a natiuitate, & quilibet hæres, ut C. loca. l. otiam ueritatis. nisi tenor inuestituræ repugnaret, consuetudine etiam ecclesiæ semper salua. Bald.

[a] Damna. Hic Imperator remittit omnia damna data in rebus, omnia ablata facta de rebus, & omnes iniurias factas in personis ab uniuersitate societatis, uel ab aliquo de societate, uel a coadiutoribus. Et hic nota, quod imperatori fit iniuria, non solum per se, sed per suos. facit. ff de relig. l. ossa. in fi. & quod no. Bar. ff. de cap. l. hostes. & Inno. extra de appel. ca. dilectis. Item no. quod Imperator remittit omnia illa, licet non appareat de alio mandato. Et adde quod habes extra de iniur. & dam. da ca. in nostra. Item nota quod ligæ & confœderationes faciunt uniuersitatem.

[b] Ab uniuersitate. Hic habes, quod uniuersitas dãnũ dare dicitur & sic per consequens dolum committere: ut ff. de dolo l. sed si ex dolo. §. j. licet alia uideatur dicere contrarium. Metum dicitur inferre. ut ff. quod me cau. l. metũ. §. aduertendũ. quod enim maior pars facit, tota uniuersitas fecisse uidetur. ut ff. de reg. iur. l. aliud §. referuntur. & ff. ad munici. l. quod maior. l. em & si potestas, consiliarij & anciani hoc faciant, tota uniuersitas fecisse uidetur, ar. ff de oi & ui ar. l. siue a me. Et ideo nos uidemus quod uniuersitas accusatur & respondet per syndicum habentem speciale mandatũ a ciuibus: vt C. de re mili. l. tam collatores, lib. 12. nec requiritur quod illæ singulares personæ quæ deliquerunt, nominentur in syndicatu, quia non constituitur syndicus nomine ipsorum, sed nomine totius vniuersitatis: vt l. imitãum. §. vniuersitatis. ff. de rerum di. Et no. quod facilius fit inquisitio contra vniuersitatem, quam contra singulos: quia delictum magnę vniuersitatis non potest esse nisi notorium & famosum. Vnde quãuis fama quæ semper apud acta est præsens, & clamosa vox populi magis clamet in rebus notorijs, est verum quod in notorio actus transeuntis requiruntur postea probationes plenæ, vt ff. de offi. rect. prouin. l. iustissimos. & ordo iudiciarius. arg extra de iu. c. exhibita. saluo eo quod no. insti. de publicis iudi. in prin. & not. in c. fi. de for compe. in nouel. lib. vj. Si autem iudex vult inquirere contra singulares personas, oportet quod fama specialiter sit contra eos, & non admittuntur per procuratorem si causa exigat detentionẽ seu carcerem personæ, vt in c. eos qui. de sen. excõ. lib. vj. Et aliquando illa detentio est arbitraria, aliquando necessaria si qualitas pœnæ sit personalis. Sed nonquid fideiussores possunt se obligare ad pœnam corporalẽ? Et quid de obsidibus? dic vt nota. xxiij. quæstio. v. cũ homo. & dic quod non de iure, sed de consuetudine in quibusdam locis seruatur contrarium, quæ consuetudo habet potestatem in sanguine hominis. ff. de extraor. cri. l. saccularij. §. sunt quædam. Bal.

[c] Moram superfluam. Hic dicitur, quod imperator in ciuitate vel episcopatu non debet facere superfluã moram in damnum ciuitatis vel episcopatus seu territorij, per quæ transit. Et est ratio, quia fere impossibile est, quin exercitus eius damna non inferat, vt ff. loc. l. ex conducto. §. sed si habes. ver idemque.

[e] Superfluam. argu C. de mete. l. deuotum. & in auth. de quæstore. §. si vero forsan. Sed quãdo dicatur mora superflua? Respon. iudicio ecclesiæ, populi, vel si ibi moretur vltra sex menses, ar. C. de censibus. l. fin. Odofre. vel arbit. boni viri, vt ff. de ver obl. l. continuus: §. cum ita. & ff. ad Tertu. l. a §. si mater. & lege. 1. ff. de superficiebus. Bal.

[d] Ciuitates. Hic dicitur, quod licitum est uniuersitati societatis seu ipsis societatibus ciuitates mutare, & extra ciuitatem muniones & fortilitia facere.

[e] Mutare. Hic est triplex litera alias mutare, uel munire, uel mutare & quælibet bona est. & est simile. ff de operibus publicis. l. de operibus. C. de ędifi. priua. l. per prouincias ff. de rerum di l. sacra. §. pe. in auth. quomodo oportet episcopos. § si quis appatuerit. l. fi. alias autem, nisi iussum haberent a principe, hoc facere non possunt. argumen. C. de ope pub. l. si quando. & l. nemo iudicum & facit ad id quod no. s. eod. § nos Romanorum Imperator. & c. in fi. illius gloss. 1. fine præfinitione temporis & c. Odof. C. de sacrosan. eccle. l. ad instructionem. Bald.

[f] Item societatem. Dicit quod ciuitates, quæ ueniunt in ista pace, possunt fœdus & societatem, quam inter se habent, manutenere, & etiam renouare toties quoties eis placuerit, & eis uidebitur expedire. Conuenticula hic conceduntur: de iure autem communi prohibentur: ut supra, de pace tenen. § conuenticula C. de episco. & cleri. l. conuenticula. C. de ijs, qui ad eccle. confu. l. denunciamus. de pa & sacrific. l. t. & in auth.

remouere, eis liceat. Pactiones [a] timore nostro, vel per impressionē nūciorū factæ cassentur, [b] & pro infectis [c] habeātur. nec pro eis aliquid exigatur. Pacta [d] Placētinorū (scilicet pactum pontis Padi, & fictum eiusdem pontis, & regalium, & datium, & pactū, quod episcopus Hugo fecit de castro arquato, & si aliqua facta sunt similia ab ipso episcopo, vel a cōi, [e] vel ab aliis de societate nobiscum, vel nostro nūcio, ipso ponte remanente cum omnibus suis vtilitatibus Placentinis: ita tamen [f] quòd teneantur persoluere fictum [g] abbatissæ sanctæ Iuliæ de Brixia, & si quæ sunt similes.

Dicit, quòd sententiæ per Imperatorem latæ contra rebelles occasione rebellionis & partialitatis, rescinduntur facta pace: secus si non occasione rebellionis, si alias iustè sunt latæ: puta ex causa mutui vel depositi.

Sententiæ quoque, [h] quę de iure & secundū leges, & consuetudinem habebat.

de interdic. col. hære. circa prin. C. de sum. trin. & fide catho. l. 2. & de hære. l. cuncti. & hæc societas a principe approbata est hic. Ideoq; licitum est eis societatem seu conuenticulam tenere: & quoties voluerint renouare: vt hic, & ar. C. de Iudæis. l. 2. Sed nunquid aliam societatē poterunt cōtrahere cum aliis ciuitatibus, cum quibus nullam societatem habebant? Respon. non: cum dicat iste text. quam nunc habent &c. & facit infra. eo. §. pacta inter ciuitates. Odofre. Quæro: facta est liga inter duas ciuitates per quinquennium duratura: vtrū si post quinquennium prætiant sibi mutuos fauores: intelligatur liga tacite renouata? videtur quod sic, sicut dicimus in cōtractibus rerum: vt ff. loca. l. item quæritur. § qui impleto. Contrarium dico, nisi renouetur expresse: vt hic. & est ar. C. loca. l. si cum Hermes præsertim si fuit contracta prius per stipulationem: quia stipulationes verba desiderant. Similiter in contractibus in quibus requiritur scriptura, non fit tacita renouatio: vt in d. §. impleto. Item not. quod iste tex. loquitur de renouatione voluntaria: sed aliquando fit renouatio necessaria, vt in contractibus emphyteuticis [*] & feudalibus: vt notat Cyn. C. de sacrosan. eccle. authen. & quæ.

[*] Intelliges tamen in libellariis a vasallo, vel emphyteuta initis quoniā in emphyteusi necessaria nō est: vt per Ludo. Ro. in cōsi. 46. incipiē. viso proces.

[a] Factiones. hic dicitur quod pacta inita timore Imperatoris, vel per impressionem nunciorum suorum, sunt irrita & cassanda. ergo imperator non potest inferre metum sicut nec qualibet priuata persona. Item no. quod illud quod fit per metum principum, non valet. Dicit Spe. quod iudici non debet nouitas in homagiis vel in actis fidelitatis: vt in Spe. de feu. §. quoniam versi. ego talis iuro. dicit Ioan. And. quod indebita seruitia præsumuntur a dominis per metum extorta. In cap. 1. de præscrip. lib. 6. in nou. Et contra potestates præsumitur. C. de testa. l. nolumus. C. de fundis limi. l. 1. lib. 11. & C. de omni agro deser. l. qui per potentiā præsertim erga rusticos. C. ne rusti. ad vllum officium deuo. l. 2. not. tamen, quod nisi voluntas condescendat compulsioni, non potest cogi. C. de hæredi. insti. l. 1.

[b] Cassantur Sed an ipso iure, vel demum opposita exceptione? Respon. ipso iure: vt ff. quod met. causa. l. si mulier. §. si dos. tu dic vt not. ī. de pace iura. fir. §. itē sacramenta.

[c] Pro infectis. factæ enim fuerunt contra legē & quæ contra leges fiunt, pro infectis habentur: vt C. de leg. l. nō dubium. & C. de sacrosan. eccl. iubemus. §. sanc. Odofr. Sed an contractus principis habeat vim legis: vt ff. de pub. l. Cæsar? Respon. sic: quando caret vitio. sed hic nō caret vitio, quia est contra ius naturale, vel saltem contra bonos mores. Et not. hunc. §. valde ad contractus, qui tota die fiunt cū dñis terrarū. Sed nunquid debet proponi actio, quod metus causa ad rescindendum? Respō. non: quia non est coram quo agatur. Item quia metus principis est quodam modo vis præcisa, quæ omnino tollit consensum & adde quod not Inn. extra de renun. c. super hoc. & ibi ponitur quid quis habebit probare in huiusmodi iudiciis. licet enim dixerim, quod non est coram quo agatur de facto: tamen de iure si Imperator facit iniustitiam, potest adiri papa per supplicationem vel denunciationem: vt extra de proba. c. j.

[d] Pacta. Dicit hic, quod ex speciali clausula præmissa subiicitur generalis. sic. ff. ad legem Aquil. l. si seruus seruum. §. inquit lex. sic contra. C. de sacrosan. eccle. l. generali. & l. illud. & l. sancimus. & d. l. si seruus seruum. §. rup. Odofre. & ff. de postulan. l. 1. §. hoc edicto.

[e] Communi l. tota vniuersitate: quia tota vniuersitas commune appellatur. quod autem dicit ab aliis. scilicet singularibus personis pro priuato facto suo. Odofre.

[f] Ita tamen. Ista dictio habet determinare præcedentia. Odof. ff. ad Trebellia. leg. Lucius. §.

[g] Persoluere fictum. Differentia est inter fictum & seruitium sicut inter pecuniam & censum & operā: & aliquando fictus appellatur census. C. de dona. l. censualis. de acquiren. re. do. l. quæ qui qi. C. sine censu, vel reliquis. l. omnes. Et an quicunq; non soluens cēsum tempore a iure statuto perdat rei dominiū? Dicendū est quod sic, si ille cui debet cēsus solui, habet directū dominium rei: vt C. de sacrosan. eccle. authentica, qui rem huiusmodi. secus si præstatur in signum alterius subiectionis de re propria: vt not. Innoc. de relig. domi. constitutus. & facit optime C. de fund. patri. l. fundi. possessionem tamen nullus perdit, donec eiiciatur foras: vt no. ff. pro socio. l. cum duobus §. idem respondit. Et qui non reuocat ab ecclesia, videtur iuri suo renunciare. vt no. c. 1. de precar. in nouel. & infra. eo. ca. ego luto, scilicet, quando venit ex necessaria consequentia præcedentis contractus.

[h] Sententiæ quoque. Iste. § est valde no. ad extrinsecos terrarum: vt sciamus qui processus facti contra eos rescindantur, eis ad ciuitatem reuersis, & qui nō. Adde quod not. in c. j. de cle. non resi. lib. 6 in nouel. & in c. statutum. de rescri. eo. lib. tangitur de istis extrinsecis. & si quidem licet non per se, tamen per procuratorem potuerunt comparere: citatio arctat eos. secus si nec per se, nec per procuratorem: quia nullus audebat tanquam procurator comparere: vt ff. ad Trebellia. de ætate. & in ca. pastoralis. de re iudica. in clementi. & in capitu. bonæ. de electio & si erant banniti omnibus bonis eis ademptis, iudicia non tenent: vt lege, si constante. §. finali. ff. solu. matrimo. quia, iudicia exularunt: vt ff. de capi. de. l. tutelas §. si libertate. & compromissa soluuntur. ff. de noua. l. quoties §. fina. quia habentur pro mortuis. C. de hæredi. institu. l. 1. & facit quod not in l. ad cognitionem. ff. quib. ex cau. in pos. ea. in glo. quæ dicit not. hic pro bannito. Quid de sententiis latis ex compromisso facto inter extrinsecos & intrinsecos? Respon. tales sententiæ valent pro rebus compromissis: sed extra compromissum non valent, etiam si post compromissum nominatim homologetur laudum. Nā expresse dicit decretalis, quod nō potest homologari laudū. super quo non procedit compromissum. extra de cōfis. vti. vel inuti. c. examinata. ad quod

